ΕΥΝΑΠΙΟΥ

ΤΟΥ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ ΒΙΟΙ

φιλοσόφων καὶ σοφιστῶν.

Eunapius Sardianus

DE VITIS PHILOSOPHORVM ET SOPHISTARVM,

Hadriano Iunio Hornano interprete.

Græca cum mss. Palatinis comparata, aucta, & emendata

HIERONYMI COMMELINI OPERA.

Nunc recens accedunt eiusdem Auctoris LEGATIONES, *è bibliotheca*

ANDREÆ SCHOTTI ANTVERPIANI.

GENEVÆ.

Apud Petrum & Iacobum Chouët.

ANNO M. DC. XVI.

H. COMMELINVS

IACOBO MONAVIO

VIRO NOBILI

S. P. D.

CVM forte in Sereniſsimi Principis noſtri Bibliotheca duo ſeſe mihi Eunapij de Philoſophorum ac Sophiſtarum vitis manuſcripta exemplaria Græca obtuliſſent, vir præſtantiſsime; memorque eſſem non paucas in eo quem è Sambuci V. C. bibliotheca Hadrianus Iunius Latinum fecerat, lacunas apparere: rem non ingratam Græcarum literarum ſtudioſis facturum me exiſtimaui, ſi Eunapio ita miſere affecto opis aliquid afferrem. Id autem, lectis obiter Iunij annotationibus, opera noſtra præſtari poſſe, ſpes me non parua tenebat: quod vnico, eoque mutilo, nec optimæ notæ libro ipſum vſum eſſe animaduerterem. quam enim lubricum & parum tutum ſit vni, &, vt plurimum, indocto credere ſcribæ, norunt docti qui in eruendis vulgandiſque veterum ſcriptis operæ aliquid poſuerunt. Collatis itaque Palatinis duobus cum editione Iunij, quæ tuto potuere, correxi, ſuppleui: quin & corollarij loco è magno illo περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς *volumine A. Schotti, viri de Rep. literariâ optime meriti, Fragmenta quædam è libris hiſtoriarum Eunapij deſcripſi, vnaque typis mandaui. Quicquid autem in hunc auctorem impendi laboris, id tibi & amico veteri & adprime docti DD. volui, vt aliquod extaret amicitiæ noſtræ, quam mirifice ſemper coluiſti, monimentum, tibi, vt ſpero, minime ingratum.* Δῶρον μὲν γ' ὀλίγον· *fateor:* πάντα δὲ τιμᾶντα τὰ παρ' φίλων, *inquit vates Syracuſanus. Vale.*

A. ij.

AD CANDIDVM LECTOREM INTERPRES.

EX anteactis exemplis petendam esse saluberrimam atque optimam doctrinam, Cyrus Xenophonticus, iam morti vicinus, liberos suos admonuit: ea vero non aliunde, quam ex historia (quam recte vitæ magistram & veritatis animam quidam dixere) sincerius depromi possunt: vbi cum singulariū personarum res & facta, tum vniuersalia, ob oculos, ceu in speculo, proposita leguntur. Huic labori totus addictus, dum historiam patriæ pertexo, ad præsentis æui & posteritatis institutionem, Eunapium Græcum scriptorem, è tenebris erutum, per otium vertendum suscepi primus, tametsi mutilum locis plerisque, & maculosum, & quo nihil obscurius sit, ob concisam dicendi & sæculi illius genio peculiarem phrasim; eodem tamen pellacius nihil, quando altiorem quandam doctrinæ Sirenem mentibus instillat, & rerum aliis scriptoribus omissarum, aut etiam ignoratarum, cognitionem tradit. Proinde etiam sententiam, quam filum ductúmque verborum magis exprimere, atque appendere auribus placuit, quam ieiune nimis easdem radere. Quod autem in Monachos, in quorum asceteriis religionis Christianę fundamenta, temporibus Constantini magni, iaciebantur, & tradebantur quoque, acerbius paulo inuehatur; quis in pagano & fidei veritatisque hoste non ferat? quando & Porphyrium Christianismi perduellem, Lucianum obstinatum Seruatoris nostri irrisorem, & Iulianum parabaten Galilæorum (ita Christum professos vocabat) persecutorem, atque exterminatorem, si diuturnior obtigisset vita, toleremus, legamus, circumferamus, & manibus nocturni diurnique teramus? Itaque dictatam à communi nominis Christiani hoste iniuriam, pro non dicta boni omnes habebunt, despuent, pensiq; non facient, imo ludibrium in gloriam potius suam conuertent.

Vale & fruere.

EVNAPII VITA,

E SCRIPTIS POTISSIMVM ipsius, ab interprete collecta.

EVNAPIVS Sardibus Lydiæ regia oriundus fuit, Chrysanthij Sardiani Sophistæ & per Lydiam sacrorũ antistitis, affinis sui (is enim consobrinam Eunapij vxorem duxerat, Melitã nomine) à puero auditor, cuius impulsu in commentarium retulit philosophorum aliquot, & professorum medicorumque vitas, præceptoris sui auctoritatem nolens defugere. Traiecit ex Asia Athenas, vt animum doctrina excoleret, decimum sextum ætatis annum agens, quo tempore crispum ac densum fuisse sibi capillitium commemorat, crebris interlucentibus canis albicans, ad modum spumantis maris, argenti candorem imitans. In eo traiectu febre vehementi corruptus fuit, è maris iactatione, vt verisimile est, orta, quæ vires adolescentis breui ita deiecit ac profligauit, vt pedibus officium suum haud facientibus, manibus popularium suorum, quos itineris socios habuerat, exceptus, è Piræo Athenarum portu in vrbem deportatus fuerit ad Proæresii (cuius viri fama eum exciuerat) ædes, vbi inualescente morbi sæuitia, ad extremum re pene desperata, Æschines quidam Chius patria, ex eo hominum numero atque ordine, qui experimenta per mortes agunt, diducto ferramentis quibusdam adolescentis ore, medicamentũ infudit, quo copiose aluus descendit, & paulatim æger respirare cœpit: quæ omnia ignorante Proæresio actitata felicius, quam sperabatur, cessere: quamuis patefacta mox & increbrescente valetudinis restitutæ fama, cognitum ma-

gnæ spei adolescentem publice in celebri auditorio laudarit Proæresius, & legitimi filij loco habuerit charum dum vixit, quemadmodum ille vicissim hunc admiratione virtutis summæque eruditionis, maximi semper fecit, ac tãtum non pro deo coluit. Adolescentiam ingressum se ait alicubi, quo anno extincto in Parthica expeditione Iuliano Imp. Valens & Valentinianus Imperij habenas rexere. Quinto demum postquam Athenas venerat anno, iter in Ægyptum, Platonis & Eudoxi exemplo, parantem, prohibitum atque in Lydiam parentum imperio reuocatum, & redire coactum intellexisse mihi videor. Medicæ artis non obscure peritus, vel ipsius testimonio, fuit; adeo vt etiam primum locum in eo ordine tenuerit, dum seni Chrysanthio vena incideretur, antea quam Oribasius medicæ artis fama illustris ad eum euocatus accederet. Scripsit & Chronologiam, siue Annales quo opere Cæsarum historiam, ab Herodiani vsque temporibus exorsus ad sua pertexit, quod intelligo in Veneta bibliotheca monumentum asseruari. Gloriæ, vt apparet, modicus fuit, quippe qui nusquam se nominet, contentus se ipsum commentarij huiusce scriptorem vocitare Gentilium sectæ addictior fuit, Christianis infestus: id quod, veluti sorex suo manifestus indicio, passim prodit, præsertim vbi Constãtinum Imp. sugillat, ob euersa toto orbe nobilia deorum fana, & erecta Christianorum domicilia: rursus vbi deplorat à dirutis deorum templis, Monachos in sacra loca introductos, ac Martyrum diuorumque salita (vti nugatur) capita pro diis ostentui haberi ac coli. Videtur & arcanis Eleusiniarum dearum mysteriis silentij religione claris, initiatus fuisse, atque ab antistite loci (cuius nomen maluit silẽtio præterire, quam per nefas prodere) in album Eumolpidarum relatus, imo antistitis (hierophantam appellabant) munus ipsum obiuisse, tametsi indigena non esset, præter Eumolpi legem, qua id vetabatur. Dicendi genus non Asiaticum, quod

redundante verborum copia luxuriat, sed nitidum & picturatum, Sophistarum genti tunc peculiare, videtur secutus, quod rês non adumbrat, sed viuis potius coloribus exprimit, atque ita ob oculos exponit, vt coram cernere videaris, concisius tamen: adde quod & flosculos eruditos vndecunque è poetis & philosophis delibat, orationique, ceu stellas aspergit. Porro quod ad Epigraphen attinet, Sophistarum nomine quod ingenti flagrauit inuidia, censentur viri quauis in arte, præsertim oratoria, egregie docti, qui publicæ professionis molem sustinere cum laude poterant, cuiusmodi ferme nunc magisterij titulo & honore clari vocantur, vt Philosophi sint quos Sapientiæ doctores Tacitus, professores Fabius nuncupat: Sophistæ vero liberalium artium aut alioqui magni nominis professores.

ΕΙΣ ΕΥΝΑΠΙΟΝ ΜΕΘΕΡΜΗΝΕΥΘΕΝΤΑ ΡΩΜΑΙΚΩΣ ΥΠΟ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΙΟΥΝΙΟΥ.

Πολλῶν φιλοσόφων, ἰητρῶν ἠδὲ σοφιστῶν
Γράψαντ' ἀτρεκέως Εὐνάπιον βιότους,
Ἴσχε σκότος δηρόν· τὸν νῦν Σαμβοῦκος ἐπήτης
Ἐκ σκότεος πρόφρων ἤγαγε εἰς τὸ φάος.
Ἀλλ' ἑρμηνεύσας πάντεσσιν ἔθηκε νεκτὸν
Ἰούνιος ἰητὴρ φιλόσοφός τ' ἀγαθός.
Μείζονος οὖν κείνοιν τίς ἐπάξιός ἐστιν ἀμοιβῆς,
Ἢ ὁ παραφράσας βίβλον, ἢ εἰσκομίσας;

Γεράρτου Φελκεπυργείου
Νεομαγέως.

ΕΥΝΑΠΙΟΥ ΒΙΟΙ ΦΙΛΟ-σόφων καὶ Σοφιστῶν.

EVNAPII PHILOSOPHORVM AC SOPHISTARVM VITÆ.

ΞΕΝΟΦΩΝ ὁ φιλόσοφος, ἀνὴρ μόνος ἐξ ἁπάντων φιλοσόφων ἐν λόγοις τε καὶ ἔργοις φιλοσοφίαν κοσμήσας· τὰ μὲν ἐν λόγοις, ἔστι τε καὶ ἐν γράμμασι, καὶ ἠθικὴν ἀρετὴν γράφει· τὰ δὲ ἐν πράξεσί τε ἦν ἄριστος· ἀλλὰ καὶ ἐγέννα στρατηγοὺς τοῖς ὑποδείγμασιν. ὁ γοῦν μέγας Ἀλέξανδρος οὐκ ἂν ἐγένετο μέγας, εἰ μὴ Ξενοφῶν. καὶ τὰ πάρεργα φησὶ δεῖν τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν ἀναγράφειν. ἐμοὶ δὲ οὐκ εἰς τὰ πάρεργα τῶν σπουδαίων ὁ λόγος φέρει τὴν γραφήν, ἀλλ' εἰς τὰ ἔργα. εἰ γὰρ τι παι-

XENOPHON philosophus, qui vir solus ex omni philosophorum numero, cum scriptis, tum factis sapientiæ studium expressit, moralem virtutem libris commentariisque consignauit: idem in rebus gerendis facile præstantissimus dux, quique prçeundo exemplis duces & imperatores exercitus genuit. Neque vero magnus ille Alexander, magni cognomen adeptus fuisset, ni Xenophon virorum fortium res etiam perfunctorie & quasi aliud agentibus factitatas, memoriæ ac litteris prodendas esse monuisset. Meus autem fert animus virorum excellentium facta, non autem accessoria in litteras referre: nam si virtus periocum ac ludum

γιον τῆς ἀρετῆς ἄξιον λόγου, ἀπόλοιτο ἂν πάντως τὸ σπουδαζόμενον σιωπώμενον. διαλεχθήσεται δὲ ὁ λόγος τοῖς ἐντυγχάνειν βουλομένοις, οὔτε περὶ πάντων ἀσφαλῶς (οὐ γὰρ πάντα ἀκριβῶς ἦν ἀθροῖσαι) οὔτε ἀποκρίνων ἀλλήλων φιλοσόφους ἀρίστους καὶ ῥήτορας· ἀλλὰ παρατιθεὶς ἑκάστῳ τὸ ἐπιτήδευμα· τὸ δὲ ἄριστος ὅτι οὐκ εἰς ἄκρον ὁ γραφόμενος ὑπὸ τοῦ λόγου, τῷ βουλομένῳ ταῦτα δικάζειν ἐκ τῶν ὑποκειμένων σημείων καταλιμπάνει· βούλεται μὲν γὰρ ὁ ταῦτα γράφων, καὶ ὑπομνήμασιν ἀκριβέσιν ἐντετύχηκεν, δι' ὧν ἢ διαμαρτάνων τῆς ἀληθείας, ἐφ' ἑτέρους ἀναφέροι τὸ ἁμάρτημα, ὥσπερ ἀγαθός τις μαθητὴς κακῶν τετυχηκὼς διδασκάλων· ἢ κατηγορεῖν δικαίως ἔχοι, καὶ τοὺς ἡγουμένους ἀξίου θαύματος. καὶ τό γε ἴδιον ἔργον αὐτοῦ καθαρὸν εἴη καὶ ἀμώμητον ἀκολουθήσαντος οἷς ἀκολουθεῖν προσῆκον. ἐπεὶ δὲ ὀλίγοι τε ἢ παντελῶς ἐλάχιστοί τινες ἦσαν οἱ περὶ τούτων γρά-

exercita, monumẽtis mandari meretur, iniurium plane fuerit, eius quod studio quæsitum sit, memoriam aboleri, atq; interire. Sermo autem erit ad eos qui ista legere volent, nõ de omnibus integra indubitataque fide institutus, quando cuncta exacta ratione colligi nequiuerint: neque sic vt philosophos ac oratores, vt quisque est præstantissimus, ita eos numero eximam & ab aliis secernam, sed sua cuique professio & vitæ institutum proprium attribuetur: Iudicium vero relinquetur penes eos qui censuram de singulis, vt quaque in re excellunt, quorum hoc in libro fit mentio, ferre velint è notis adiectis. Id namque spectat qui hæc prodit, vt, quando accurate scriptis vsus fuerit commentariis, aut culpam in alios transferat, sicubi à vero aberrarit, ad modum probi discipuli, qui prauos nactus fuerit præceptores: aut vt merito & vere suos duces mendacii arguat, qui res memorabiles & inauditas primi prodiderint, quo suum opus purum & ab omni inuidiæ labe sit liberum; dum eos sequitur, quorum insistere vestigiis æquum fuerat. Ceterum quia rari ac perpauci adeo hisce de rebus scri-

φοντες, ἵνα τοῦτο εἴπῃ τις μόνον, οὔτε τὰ ἀπὸ τῶν προτέρων γραφέντων λήσεται τοὺς ἐντυγχάνοντας, οὔτε τὰ ἐξ ἀκοῆς ἐς τόνδε καθήκοντα τὸν χρόνον. ἀλλ' ἀμφοτέροις ἀποδοθήσεται τὸ πρέπον· τῶν μὲν γεγραμμένων κινηθήσεται μηδέν· τὰ δ' ἐκ τῆς ἀκοῆς ὑπὸ τοῦ χρόνου κατασειόμενα καὶ μεταβαλλόμενα, διαπῆξαι καὶ στηρίξαι τῇ γραφῇ πρὸς τὸ στάσιμον καὶ μονιμώτερον.

pſerunt, vt ſolum iſtud pro ſe quis dicat, neque vlteriora, quæ de ſuperioris ætatis viris prædicantur, lectores celabuntur, nec quę in hunc vſque diem auribus accepimus, ſed vtrobique ſeruabitur decorum, ne ſcriptorum fidei quidquam derogetur, & vt audita, quæ temporis ratio concutere ſolet atque inuertere, nunc ſtabiliantur & ſcripto confirmentur, ac ſic perpetuitatem æternitatemque quandam induant.

ΟΙ ΤΙΝΕΣ ΤΗΝ φιλόσοφον ἱστορίαν ἀνελέξαντο.

Qui ſcriptores hiſtoriam philoſophorum collegerint.

ΤΗΝ φιλόσοφον ἱστορίαν, καὶ τοὺς τῶν φιλοσόφων ἀνδρῶν βίους, Πορφύριος καὶ Σωτίων ἀνελέξαντο· ἀλλ' ὁ μὲν Πορφύριος, οὕτω συμβὰν, εἰς Πλάτωνα ἐτελεύτα, καὶ τοὺς ἐκείνου χρόνους. Σωτίων δὲ, καὶ καταβὰς φαίνεται· καίτοι γε ὁ Πορφύριος ἦν νεώτερος· τῆς δὲ ἐν τῷ μέσῳ φορᾶς, φιλοσόφων τε ἀνδρῶν καὶ σοφιστῶν ἀδιηγήτου γενομένης κατὰ τὸ μέγεθος καὶ τὸ ποικίλον τῆς ἀρετῆς, Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος τοὺς τῶν ἀρι-

HISTORIAM & vitam eorum qui veri minimeque fucati extiterunt philoſophi, vndecumque collegere Porphyrius & Sotion: inter quos ille in Platonem eiuſque tempora, quod ſic illi viſum fuerit, deſiit: hic quamuis Porphyrio ætate prior, citeriora quoque ſcripto perſequutus eſt. Cum autem intermedij temporis hiſtoria, quæ ad philoſophos ac ſophiſtas pertinet, pro magnitudine ac ratione virtutis explicata non eſſet, Philoſtratus Lemnius, primi nominis

σων ἐξ ἐπιδρομῆς μετὰ χάριτος παρέπλυσε βίους· φιλοσόφων δὲ οὐδεὶς ἀκριβῶς ἀνέγραψεν· ἐν οἷς Ἀμμώνιός τε ἦν ὁ ἐξ Αἰγύπτου, Πλουτάρχου τοῦ θειοτάτου γεγονὼς διδάσκαλος· Πλούταρχός τε αὐτὸς ἡ φιλοσοφίας ἁπάσης ἀφροδίτη καὶ λύρα· Εὐφράτης τε ὁ ἐξ Αἰγύπτου· καὶ Δίων ὁ ἐκ Βιθυνίας, ὃν ἐπεκάλουν Χρυσόστομον· Ἀπολλώνιός τε ὁ ἐκ Τυάνων, οὐκέτι φιλόσοφος, ἀλλ' ἦν τι θεῶν τε καὶ ἀνθρώπου μέσον. τὴν γὰρ Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν ζηλώσας, πολὺ τὸ θειότερον καὶ ἐνεργὸν κατ' αὐτὴν ἐπεδείξατο· ἀλλὰ τὸ μὲν ἐς τοῦτον ὁ Λήμνιος ἐπετέλεσε Φιλόστρατος βίον ἐπιγράψας Ἀπολλωνίου τὰ βιβλία, δέον ἐπιδημίαν ἐς ἀνθρώπους θεοῦ καλεῖν· Καρνεάδης δὲ ἦν κατὰ τούτους τοὺς χρόνους. καὶ τῆς κατὰ κυνισμὸν οὐκ ἀφανής, εἴ τινα καὶ κυνισμοῦ χρὴ λόγον ποιεῖσθαι, παρ' οἷς ἦν Μουσώνιος καὶ Δημήτριος καὶ Μένιππος, καὶ ἕτεροί γε τινὲς πλείους· οὗτοι δὲ ἦσαν ἐπιφανέστεροι. τούτων δὲ σαφεῖς μὲν καὶ ἀκριβεῖς οὐκ ἦν ἀνευρεῖν τοὺς βίους, ἅτε μηδενὸς ἐγγε-

ſophiſtarum vitas, cum dictionis gratia obiter velut in tranſcurſu perſtrinxit atque delibauit:nemo tamen accurate de philoſophis perſcripſit. in quibus fuerunt Ammonius Ægyptius diuini illius Plutarchi præceptor, ipſéque adeo Plutarchus, quem totius philoſophię Venerem ac lyram dixerim:pręterea Ægyptius Euphrates, Diō Bithynius, qui ab aureo ore cognomen inuenit,& Apollonius Tyanæus, non iam philoſophus, ſed mediæ inter Deos ac mortales naturæ particeps: quippe qui Pythagoreæ diſciplinæ ſectator, illius diuinitatis famam dignitatémque adauxit: dę quo enucleatè perſcripſit Philoſtratus Lemnius, editis libris,quibus titulum fecit,Vitam Apollonij; cum debuerit inſcripſiſſe verius, Acceſſum Dei ad homines. Ea tempeſtate fuit Carneades non obſcuri inter Cynicos nominis, ſi modo haberi ratio vlla ſectæ Cynicæ debeat: inter quos erant Muſonius, Demetrius, Menippus, aliíque nonnulli; at horum fama illuſtrior. Quanquam autem iſtorum certa & explorata actæ vitæ cognitio, prodente,

γεγραφότος, ὅσα γε ἡμᾶς εἰδέναι, ἱκανοὶ δὲ αὐτῶν ἦσαν τε καὶ εἰσὶ βίοι τὰ γράμματα, τοσαύτης ἀνάμεστα παιδείας καὶ θεωρίας, ἔς τε ἠθικὴν ἀρετὴν, καὶ ὅση πρὸς τὴν τῶν ὄντων διήρκει καὶ ἀνέβλεψε φύσιν, τὴν ἄγνοιαν τῶν δυναμένων ἀκολουθεῖν, ὡς ἀχλύν τινα σκεδάσασα. αὐτίκα οὖν ὁ θεσπέσιος Πλούταρχος, τόν τε ἑαυτοῦ βίον ἀναγράφει τοῖς βιβλίοις ἐνδιεσπαρμένως, καὶ τὸν τοῦ διδασκάλου· καὶ ὅτι γε Ἀμμώνιος Ἀθήνησιν ἐτελεύτα, οὐ βίον προσειπών· καίτοι γε τὸ κάλλιστον αὐτοῦ τῶν συγγραμμάτων εἰσὶν οἱ καλούμενοι παράλληλοι βίοι τῶν ἀρίστων κατὰ ἔργα καὶ πράξεις ἀνδρῶν· ἀλλὰ τὸν ἴδιον καὶ τοῦ διδασκάλου καθ᾽ ἕκαστον τῶν βιβλίων ἐγκατέσπειρεν· ὥστε, εἴ τις ὀξυδερκοίη περὶ ταῦτα, καὶ ἀνιχνεύων κατὰ τὸ προσπῖπτον καὶ φαινόμενον, καὶ σωφρόνως τὰ κατὰ μέρος ἀναλέγοιτο, δύνασθαι τὰ πλεῖστα τῶν βεβιωμένων αὐτοῖς εἰδέναι. Λουκιανὸς δὲ ὁ ἐκ Σαμοσάτων, ἀνὴρ σπουδαῖος ἐς τὸ γελασθῆναι, Δημώνακτος φιλο-

quod equidem ſciam, nemine, haberi nequiuerit: vitæ tamen locum abundè ſupplebunt eorum libri tanta eruditione referti, tantáque obſeruationum, in ſcientiis, quæ mores rerúmque naturam inueſtigant, copia ſcatentes, vt ex illorum animis qui ſectatores eſſe poſſunt, ignorationem ceu caliginem quandam facilè expellere valeant. Itaque magnus ille & diuinus vir Plutarchus, cum ſuam, tum præceptoris ſui vitam ſparſim libris inſeruit, non pręterita ſilentio Ammonij morte, quem Athenis vitam finiuiſſe ſcribit. Et quanquam præcipuum inter omnia eius viri monumenta locum tuentur Vitæ, quibus præſtantium inter ſe virorum res geſtas & opera compoſuit, ſeorſum tamen & ſuas & magiſtri res ſingulis fere libris aſperſit: vt ſi quis oculos acrius hanc in rem intendat, ac ſingulatim vt quidque occurrit, perueſtigando ſagaciter indaget, & in vnum particulatim dicta colligat, is pleraque ab ipſis dum viuerent actitata perноſſe queat. Lucianus Samoſatenſis, vir ad concitandum riſum factus, Demonactis ſua ætate philo-

σοφοῦ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βίον ἀνέγραψεν· ἐν ἐκείνῳ τε τῷ βιβλίῳ καὶ ἄλλοις ὀλιγίστοις δι' ὅλου σπουδάσας. διὰ ταῦτα γε εἰς μνήμην ἐγὼ τίθεμαι, τοῦτο συνορῶν ὅτι τὰ μὲν ἔλαθεν ἴσως ἡμᾶς, τὰ δὲ οὐκ ἔλαθεν. ἐκείνου δὲ καὶ τὴν πολλὴν ποιούμενος φροντίδα καὶ σπουδὴν, τοῦ συνεχῆ καὶ περιγεγραμμένην εἰς ἀκρίβειαν ἱστορίαν τινὰ λαβεῖν τοῦ φιλοσόφου καὶ ῥητορικοῦ βίου τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν· εἶτα οὐ τυγχάνων τῆς ἐπιθυμίας, ταυτὸν τι τοῖς ἐρῶσιν ἐμμανῶς καὶ περιφλέκτως ἔπαθον. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, τὴν μὲν ζωμένην αὐτὴν ὁρῶντες, καὶ τὸ περίψηκτον ἐν τῷ φαινομένῳ κάλλος, κάτω νεύουσιν, [ὃ ζητοῦσιν] ἰδεῖν ἐξασθενοῦντες, καὶ περιλαμπόμενοι· ἐὰν δὲ πέδιλον αὐτῆς ἢ πλόκιον ἢ ἐλλόβιον ἴδωσιν, ἐκείνας καθαῤῥοῦντες, τὴν ψυχήν τε τῇ ὄψει προσαφιᾶσι, καὶ κατατήκονται πρὸς τὸ θέαμα, τὰ σύμβολα τοῦ κάλλους μᾶλλον ἢ τὸ κάλλος ὁρᾶν ἀνεχόμενοι, καὶ στέργοντες. κἀγὼ πρὸς ταῦτα ἐξώρμησα τὴν γραφὴν, ὅσα ἢ κατ' ἀκοὴν, ἢ

sophi vitam in litteras retulit, atque eo in libro, vt perpaucis aliis, seriam operam consumpsit. Atque ista quidem memoria recolo, conscius nonnulla fortasse nos fugisse, quædam non potuisse: in quo cum magnam adhibuerim curam & diligentiam, vt excellentium in philosophia & arte oratoria virorum continua, suísque exactè circumscripta finibus, historia haberetur, neque tamen voti compos extiterim, idem mihi vsuuenire comperio, quod amatoribus qui ardenter & impotente amore depereunt amicam, quam vbi aspectant, & eximiam oris speciem contemplantur, vultum demittunt, obtutum figere non valentes, & tanquam iubare circumfulgente præstricti, sin calceum, aut monile, aut inaurem aspexerint, sumpto animo, ea ornamenta oculis admouent, in eóque spectaculo sese consumunt ætatémque atterunt, formæ adiumenta ac symbola, quam pulchritudinem ipsam aspicere præoptantes, magísque illa obseruantes. Eodem modo ad hoc scripti genus impetum conuerti, vt quæ fama & auditione accepi,

κατὰ ἀνάγνωσιν, ἢ κατὰ ἱστορίαν, τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων μὴ παρελθεῖν σιωπῇ καὶ βασκάνως· ἀλλ' εἰς ὅσον οἷόν τε τῆς ἀληθείας πρόθυρα καὶ πύλας προσκυνήσαντα παραδοῦναι τοῖς μετὰ ταῦτα ἢ βουλομένοις ἀκούειν, ἢ δυναμένοις ἀκολουθεῖν πρὸς τὸ κάλλιστον· ἔσχε μὲν οὖν διακοπὴν τινὰ καὶ ῥῆξιν ὁ χρόνος διὰ τὰς κοινὰς συμφοράς· πλείστη γὰρ ἀνδρῶν ἐγένετο φορά. ἡ μὲν δευτέρα μετὰ τὸν Πλάτωνος πᾶσιν ἀφανὴς ἀνακεκήρυκται, ὅτι κατὰ τοὺς Κλαυδίου καὶ Νέρωνος· τοὺς γὰρ ἀθλίους καὶ ἐνιαυσίους οὐ χρὴ γράφειν· οὗτοι δ' ἦσαν οἱ περὶ Γάλβαν, Βιτέλλιον, Ὄθωνα, Οὐεσπασιανὸς γὰρ ἐπὶ τούτοις καὶ Τίτος, καὶ ὅσοι μετὰ τούτοις ἦρξαν, ἵνα μὴ τοῦτο σπουδάζειν δόξωμεν· πλὴν ἐπιτρέχοντί γε καὶ συνελόντι εἰπεῖν, τὸ τῶν ἀρίστων φιλοσόφων γένος καὶ εἰς Σεβῆρον διέτεινεν, ἀλλὰ δυστυχές γε ὑπάρχει τοῖς βασιλεῦσι κατὰ τὴν συγγραφὴν ὅτι τὸ κατ' ἀρετὴν ὑπερέχον ἀξιοῦται τῆς κατὰ τὴν τύχην.

vel legendo didici, vel oculata fide comperi de viris quos nostra nouit ætas, non præterirem silentio & maleuolentiæ studio, sed quantum in me erit, veritatis vestibulum ac portam veneratus, posteris traderem, qui ea vel audire cuperent, vel insistere vestigiis illorum ad virtutem possent. Hiulcum igitur fuit, & intercisum quodammodo tempus, propter communes calamitates: siquidem ingens fuit primo doctorum virorum affluentia, deinde post Platonis ætatem sterilitas magna omnium scriptis diuulgata est: cuiusmodi etiam in Claudij & Neronis tempora incidit (neque enim infelices illi & anniculi Imperatores in scripta referri merentur, qui fuere Galba, Vitellius, Otho) post quos Vespasianus ac Titus eosque secuti alij Imperio præfuerunt. Ceterum ne hic diligentiam otiose affectare videar, vtque id solum compendio ac summatim dicam, præstantissimorum philosophorum natio ad Seueri vsque tempora se extendit, cumque Imperatorum historia se coniunxit, quod eminentissima quæque virtus, amplissima fortuna digna censeri debeat.

νεμεσάτω δὲ μηδὲ εἷς εἴγε καὶ ἡμεῖς οὕτως ἀναγράφομεν τοῖς χρόνοις, ἀφ' ὧν γε ἦν δυνατὸν συντεκμηριώσασθαι ἢ παραλαβεῖν τὴν προσήκουσαν ἀρχὴν, ἀπὸ τούτων εἰς τὸν λόγον ἐπιβησόμεθα.

ΠΛΩΤΙΝΟΣ.

Πλωτῖνος ἦν ἐξ Αἰγύπτου φιλόσοφος· τὸ ἐξ Αἰγύπτου νῦν γράφων, καὶ τὴν πατρίδα προσθήσω, Λυκὼ ταύτην ὀνομάζουσι· καίτοι γε ὁ θειότατος φιλόσοφος Πορφύριος τοῦτο οὐκ ἀνέγραψε, μαθητής τε αὐτοῦ εἶναι λέγων, καὶ συνεσχολακέναι τὸν βίον ἅπαντα, ἢ τὸν πλεῖστον τούτου. Πλωτίνου θερμοὶ βωμοὶ νῦν, καὶ τὰ βιβλία οὐ μόνον τοῖς πεπαιδευμένοις διὰ χειρὸς ὑπὲρ τοὺς Πλατωνικοὺς λόγους, ἀλλὰ καὶ τὸ πολὺ πλῆθος, ἐάν τι παρακούσῃ δογμάτων, εἰς αὐτὰ κάμπτεται. τὸν βίον αὐτοῦ πάντα Πορφύριος ἐξήνεγκεν, ὡς οὐδένα οἷόν τε ἦν πλέον φέρειν· ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν βιβλίων ἑρμηνεύσας αὐτοῦ φαίνεται· αὐτοῦ δὲ Πορφυρίου βίον ἀνέγραψεν οὐδὲ εἷς, ὅσα γε εἰς ἡμᾶς εἰδέναι· ἀναλεγ-

Inuiderit verò nemo, siquidem & nos ita colligamus tempora, vnde certius hariolari, & congruum capere initium, vt inde sermonem ordiamur, possimus.

PLOTINVS.

Plotinvs ex Ægypto oriundus fuit philosophus, sed qui Ægyptium nunc nomino, quid cesso etiam patriam eius adiicere, cui Lycopolis nomen fuit? quamuis diuinus ille Porphyrius istud non prodiderit, qui se tamen viri discipulum, vitámque omnem aut certè potiorem eius partem cum eo exegisse profitetur. Plotini aræ etiamnum calent, & libri non à doctis, modo, plus quam Platonici, manibus teruntur: quinetiam bona vulgi pars, si minus placitis eius obtemperat; vitæ tamen cursum ad eorum normam moderatur atque instituit. Vitam illius Porphyrius ita explicauit, vt nemo copiosius dicere aut plura adferre possit: quid, quod plurimos eius libros interpretatus fuisse videatur. Sed Porphyrij vita à nemine, quod equidem sciam, ad hęc vsq; tempora scriptis prodita est: ex argu-

μένῳ δὲ ἐκ τῶν δοθέντων κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν σημείων, τοιαῦτα ὑπῆρχε τὰ περὶ αὐτόν.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΣ.

Πορφυρίῳ Τύρος μὲν ἦν πατρὶς ἡ πρώτη τῶν ἀρχαίων Φοινίκων ἡ πόλις· καὶ πατέρες δὲ οὐκ ἄσημοι. τυχὼν δὲ τῆς προσηκούσης παιδείας, ἀνά τε ἔδραμε τοσοῦτον καὶ ἐπέδωκεν, ὡς Λογγίνου μὲν ἦν ἀκροατὴς καὶ ἐκόσμει τὸν διδάσκαλον ἐντὸς ὀλίγου χρόνου. Λογγῖνος δὲ κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον βιβλιοθήκη τις ἦν ἔμψυχος, καὶ περιπατοῦν μουσεῖον, καὶ κρίνειν γε τοὺς παλαιοὺς ἐπιτέτακτο· καθάπερ πρὸ ἐκείνου πολλοί τινες ἕτεροι· καὶ ὁ ἐκ Καρίας Διονύσιος πάντων ἀριδηλότερος. Μάλχος δὲ κατὰ τὴν Σύρων πόλιν ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα. τοῦτο δὲ δύναται βασιλέα λέγειν· Ῥορφύριον δὲ αὐτὸν ὠνόμασε Λογγῖνος, ἐς τὸ βασιλικὸν τῆς ἐσθῆτος παράσημον τὴν προσηγορίαν ἐπιβέλας. παρ' ἐκείνῳ δὴ τὴν ἄκραν ἐπαιδεύετο παιδείαν, γραμματικῆς τε εἰς ἄκρον ἁπάσης

mentis tamen quæ lectione didici atquè perrimatus sum, huiusmodi fermè de illo comperi.

PORPHYRIVS.

Porphyrio patria fuit Tyros, priscorum Phœnicum primaria ciuitas, maiores non obscuri. is liberaliter ab ineunte ætate doctrina institutus, intantum adoleuit, vt Longini factus discipulus breui præceptori ornamento fuerit. Ea tempestate erat Longinus, spirans quædam bibliotheca, ac viuum museum, cui de veteribus iudicandi potestas permissa erat: quo munere ante illum, vt alij non pauci, ita & Dionysius è Caria cunctis illustrior perfunctus fuerat. Porphyrio nomen initio fuerat Malchus, quod Syrorum lingua regem sonat, sed detorta appellatione ad purpuram, regium in vestimento insigne, Porphyrium veluti purpureum nominauit Longinus, apud quem sublimibus studiis erudiebatur; quippe qui Grammaticæ artis & Rhetorices cognitionem non inferiore

ὥσπερ

ὡς παρ' ἐκεῖνον ἀφικόμενος καὶ ῥητορικῆς· πλὴν ὅσον οὐκ ἐπ' ἐκείνην ἔνευσε· φιλοσοφίας τε πᾶν εἶδος ἐκματτόμενος. ἦν γὰρ ὁ Λογγῖνος μακρῷ τῶν τότε ἀνθρώπων τὰ παιδεία ἄριστος· καὶ τῶν βιβλίων τε αὐτῶν πολὺ πλῆθος φέρεται· καὶ τὸ φερόμενον θαυμάζεται. καὶ εἴ τις κατέγνω τινὸς τῶν παλαιῶν, οὐ τὸ δόξαν ἐκράτει πρότερον, ἀλλ' ἡ Λογγίνου πάντως ἐκράτει κρίσις· οὕτω δὲ ἀχθεὶς τὴν πρώτην παιδείαν καὶ ὑπὸ πάντων ἀποβλεπόμενος, τὴν μεγίστην Ῥώμην ἰδεῖν ἐπιθυμήσας, ἵνα κατάσχῃ διὰ σοφίας τὴν πόλιν· ἐπειδὴ τάχιστα εἰς αὐτὴν ἀφίκετο, καὶ τῷ μεγίστῳ Πλωτίνῳ συνῆλθεν εἰς ὁμιλίαν, πάντων ἐπελάθετο τῶν ἄλλων, καὶ προσετίθετο φέρων ἑαυτὸν ἐκείνῳ· ἀκορέστως δὲ τῆς παιδείας ἀμφορούμενος, καὶ τῶν πηγαίων ἐκείνων καὶ τεθειασμένων λόγων, χρόνον μέν τινα εἰς τὴν ἀκρόασιν ἤρκεσεν, ὡς αὐτός φησιν. εἶτα ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν λόγων νικώμενος, τό, τε σῶμα καὶ [τὸ] ἄνθρωπος εἶναι ἐμίσησε· καὶ δια-

quam ille laude attigerat: mentem tamen eo non demisit, quin potius vniuersum philosophiæ genus effinxit atque expressit. Porro Longinus cæteris omnibus suę ætatis longe antecelluit: & librorum eius ingens circumfertur copia, illique ipsi admiratione obtinẽt. Quod si quis vetustum auctorẽ aliqua in parte reprehendisset, non prius rata atq; firma habebatur opinio, quã Longini illud confirmasset iudicium. Eo pacto à primis annis doctrina imbutus Porphyrius, & omnibus admirationi habitus, Romã illam rerum dominam videre cõcupiuit, vt ciuitatis illius animos scientiæ magnitudine detineret atque occuparet. Quo vbi primum venit, & in magni illius Plotini consuetudinẽ se insinuauit, valere iussis ceteris omnibus, ad amicitiam fidémq; illius sese totum applicuit: vbi & animũ sciẽtia explere, & verba fonte illo manãtia ac de mentis illius sacrario deprõpta haurire; citra satietatem tamen, aliquandiu licuit, vt ipsius verbis dicã: postea abundantis magnitudine doctrinæ victus atq; fatiscens, concepto corporeæ molis humanitatísq; odio quodã, transmisis

πλεύσας εἰς Σικελίαν, τὸν πορθμὸν [καὶ τὴν] Χάρυβδιν, ἧπερ Ὀδυσσεὺς ἀναπλεῦσαι λέγεται, πόλιν μὲν οὔτε ἰδεῖν ὑπέμενεν, οὔτε ἀνθρώπων ἀκοῦσαι φωνῆς, οὕτω τὸ λυπούμενον αὐτῷ καὶ ἡδόμενον ἀπέθετο· συντείνας δὲ ἐπὶ Λιλύβαιον ἑαυτὸν (τὸ δὲ ἐστὶ τῶν τριῶν ἀκρωτηρείαν τῆς Σικελίας τὸ πρὸς Λιβύην ἀνατεῖνον καὶ ὁρῶν,) ἔκειτο καταστένων καὶ ἀποκαρτερῶν, τροφήν τε οὐ προσιέμενος, καὶ ἀνθρώπων ἀλεείνων πάτον· οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν ὁ μέγας εἶχε Πλωτῖνος ἐπὶ τούτοις, ἀλλὰ κατὰ πόδας ἑπόμενος, ἢ τὸν [πεφευγότα νεανίσκον ζητῶν, ἐπιτυγχάνει κειμένῳ, καὶ λέγοντι πρὸς αὐτὸν] εὐπορήσας τὴν ψυχὴν ἀνακαλουμένων ἄρτι διίπτασθαι τοῦ σώματος μέλλουσαν, καὶ τὸ σῶμα ἔρρωσεν ἐς κατοχὴν τῆς ψυχῆς· καὶ ὁ μὲν ἔμπνους τε ἦν καὶ διανίστατο· ὁ δὲ τοὺς ῥηθέντας λόγους εἰς βιβλίον κατέθετο τῶν γεγραμμένων. τῶν δὲ φιλοσόφων τὰ ἀπόρρητα καλυπτόντων ἀσαφείᾳ, καθάπερ τῶν ποιητῶν τοῖς μύθοις, ὁ Πορφύριος τὸ μὲν φάρμακον τῆς σα-

in Siciliam; traiecto freto ad Charybdin, qua Vlysses enauigasse perhibetur, quòd neque Romam iam in oculis ferebat, neque voces hominum amplius admittebat. Ita simul & delicias suas dereliquit, & excruciãtem se ægritudinẽ exuit. Inde Lilybæũ contendit, quod vnum est è trib. Siciliæ promõtoriis Africã versus porrectum, eámq; respiciẽs: vbi iacuit in suspiriis vitam trahens, inedia se macerans, cibique nihil admittens: præterea humanã cõsortionem & accessum prorsus declinãs. Neq; verò cæcutiit, animive falsus fuit ea in re magnus ille Plotinus, qui siue vestigiis consecutus, siue profugũ iuuenem inquirẽs, decumbenti superuenit, ac locuplete verborum copia, euolaturũ iamiam corpore animũ à mortis limine reuocauit, ipsumq; adeò corpus animauit vegetumque reddidit. Itaq; moribundus ille respirauit, atq; è morbo assurrexit, & sermones inter ipsos habitos in scripta retulit. Ceterũ philosophorũ res, qui arcana sua obscuritatis latebra, sicut poetæ fabulis, inuoluerunt, scriptis cõmentariis illustrauit Porphyrius, postquã laudatum perspicuitatis remedium

φλυαρίας ἐπαγγείλας, καὶ διὰ πείρας γευσάμενος, ὑπόμνημα γράψας, εἰς φῶς ἤγαγεν. αὐτὸς μὲν οὖν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐπανῆλθε, καὶ τῆς περὶ λόγους εἴχετο σπουδῆς, ὥστε παριέναι καὶ εἰς τὸ δημόσιον κατ' ἐπίδειξιν· τὸ δὲ Πορφυρίου κλέος εἰς Πλωτῖνον πᾶσα μὲν ἀγορά, πᾶν δὲ πλῆθος ἀνέφερεν· ὁ μὲν γὰρ Πλωτῖνος τῷ τε τῆς ψυχῆς οὐρανίῳ καὶ τῷ λοξῷ καὶ αἰνιγματώδει τῶν λόγων βαρὺς ἐδόκει καὶ δυσήκοος· ὁ δὲ Πορφύριος ὥσπερ Ἑρμαϊκή τις σειρὰ, καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἐπινεύουσα διὰ ποικίλης παιδείας, πάντα εἰς τὸ εὔγνωστον καὶ καθαρὸν ἐξήγγελλεν. αὐτὸς μὲν οὖν φησι· νέος δὲ ὢν ἴσως ταῦτα ἔγραφεν ὡς ἔοικεν, ἐπιτυχεῖν χρηστηρίῳ μηδενὶ τῶν δημοσίων. ἐν δὲ αὐτῷ τῷ βιβλίῳ καταγράφει καὶ μετὰ ταῦτα διαπραγματεύεται πολλὰ, ὅπως χρὴ τούτων ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν· φησὶ δὲ καὶ δαιμόνιόν τινα φύσιν ἀπὸ λουτροῦ τινος διῶξαι καὶ ἐκβαλεῖν. Καυσάθαν τοῦτον ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι. συμφοιτηταὶ μὲν οὖν (ὡς αὐτὸς ἀναγράφει) κράτιστοί τινες ὑπῆρχον Ὠριγένης τε καὶ Ἀμέριος καὶ Ἀκυλῖνος,

experientia edoctus degustasset. Romam igitur reuersus, interruptum studiorum cursum dicendíque facultatem prosecutus fuit, sæpe in publicum prodiens, vt doctrinæ specimen daret. Proinde gloriam Porphyrij ad Plotinum auctorem senatus populusque vniuersus referebat: siquidem hic ob vim ingenij cælestem, & dictionis obliquam, & ab ænigmatum obscuritate non alienam rationem, grauior & à populari captu disiunctior videbatur: at Porphyrius tanquam Mercurialis quædam catena ad mortales demissa, omnigenæ eruditionis beneficio, cuncta apertè, dilucidè, claréque explicabat. Is alicubi ait (id quod iuuenis fortasse, vt apparet, scripsit) oraculum minime vulgare aut triuiale sibi fuisse editum: in eodémque libro recenset illud, multisque verbis edisserit, quantum operæ ac studij in eiusmodi res conferendum sit. addit etiam se pepulisse atque è balneo quodam demonem, ab indigenis Causathan nominatum eiecisse. Condiscipuli sanè eius, & quidem (vt ipse scribit) eximij fuere Origenes, Amelius & Aquilinus,

καὶ συγγράμματά γε αὐτῶν περισώζεται· λόγος δὲ αὐτῶν οὐδὲ εἷς· πολὺ γάρ τι ἀκούομεν εἰ καὶ τὰ δόγματα ἔχει καλῶς καὶ ἐπιβρέχει τοῖς λόγοις· ἀλλ' ὅ γε Πορφύριος ἐπαινεῖ τοὺς ἄνδρας τῆς δεινότητος, πᾶσαν μὲν αὐτὸς ἀνατρέχων χάριν· μόνος δὲ ἀναδεικνὺς καὶ κηρύττων τὸν διδάσκαλον, οὐδὲν δὲ παιδείας εἶδος παραλελοιπώς. Ἔστι γοῦν ἀπορῆσαι καθ' ἑαυτὸν καὶ θαυμάσαι, τί πλεῖόν ἐστι τῶν ἐσπουδασμένων· πότερον τὰ εἰς ὕλην ῥητορικῆς τείνοντα, ἢ τὰ εἰς γραμματικὴν ἀκρίβειαν φέροντα· ἢ ὅσα τῶν ἀριθμῶν ἤρτηται, ἢ ὅσα νεύει πρὸς γεωμετρίαν, ἢ ὅσα πρὸς μουσικὴν ῥέπει. τὰ δὲ εἰς φιλοσοφίαν, οὐδὲ τὰ περὶ λόγους καταληπτὸν, οὔτε τὸ οἰκεῖον ἐφικτὸν λόγον· τὸ δὲ φυσικὸν καὶ θεουργὸν τελεταῖς ἀφείσθω καὶ μυστηρίοις. οὕτω παντομιγές [τι] πρὸς ἅπασαν ἀρετὴν ὁ ἀνὴρ αὐτὸς χρῆμα τι γέγονε· καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ τῶν λόγων αὖ τις μᾶλλον ἢ τὰ δόγματα πλέον εἰς αὐτὰ ἀπιδὼν, ἢ τὴν δύναμιν τοῦ λόγου·

quorum extant quidem volumina, sed existimatio prope nulla est, quod nullæ adsint dicendi veneres, quamuis dogmata pulchrè habeant, sciteque orationi intexta sint. Laudat tamen eos viros Porphyrius de styli acumine & grauitate, omnem ipse assecutus gratiam, solúsque preceptoris sui laudum demonstrator atque buccinator, & qui nullum disciplinæ genus intactum reliquit. Ambigat autem non immerito & secum expendat aliquis quam partem diligentius excoluerit, materiæ ne oratoriæ propria, an quæ ad exactam illam grammatices normam spectant, vel quæ de numeris pendent, vel quæ ad telluris dimensionem tendunt, siue ad Musicam artem vergunt: nam Philosophica & quæ in scientiis tradidit, captum humanum superant, maioráque sunt quam vt suis ea verbis enunciare possit. Quæ verò ad naturæ indagationem magiæque operationem pertinent, missa facio, & ad sacra mysteriáque relego. Vsque adeo vir ille in omni virtutum genere volutatus promiscuè fuit, vt nescias quid laudes magis, sermonis elegantiam & nitorem, an placita, an verò dicendi acrimoniam.

γάμος τε ὁμιλήσας φαίνεται. καὶ πρὸς Μάρκελλάν γε αὐτοῦ γυναῖκα γενομένην, βιβλίον φέρεται. ἣν φησὶν ἀγαγέσθαι, καὶ ταῦτα οὖσαν πέντε μητέρα τέκνων, οὐχ ἵνα παῖδας ἐξ αὐτῆς ποιήσηται, ἀλλ' ἵνα οἱ γεγονότες παιδείας τύχωσιν· ἐκ φίλου γὰρ ἦν αὐτοῦ τῇ γυναικὶ τὰ τέκνα προϋπάρξαντα. φαίνεται δὲ ἀφικόμενος εἰς γῆρας βαθύ. πολλὰς γοῦν τοῖς ἤδη προπεπραγματευμένοις βιβλίοις θεωρίας ἐναντίας καταλέλοιπε, περὶ ὧν οὐκ ἔστιν ἕτερόν τι δοξάζειν, ἢ ὅτι προϊὼν ἕτερα ἐδόξασεν. ἐν Ῥώμῃ δὲ λέγεται μετηλλαχεῖν τὸν βίον· κατὰ τούτους ἦσαν τοὺς χρόνους καὶ τῶν ῥητορικῶν οἱ ἐπ' Ἀθήνησι προεστῶτες Παῦλός τε καὶ Ἀνδρόμαχος ἐκ Συρίας· τοῖς τε χρόνοις ἐς Γαλιῆνον καὶ Κλαύδιον εἰκάζειν συνέβαινεν, Τακιτόν τε καὶ Αὐρηλιανὸν καὶ Πρόβον· καθ' οὓς ἦν καὶ Δέξιππος ὁ τὴν χρονικὴν ἱστορίαν συγγράψας, ἀνὴρ ἁπάσης παιδείας τε καὶ δυνάμεως λογικῆς ἀνάπλεως.

Videtur idem connubium quoque contraxisse, & habetur in manibus liber ad Marcellam cõiugem, quam in matrimonium duxisse prædicat, quinæ sobolis matrem, non suscipiendæ ex ea prolis gratia, sed vti eos erudiret, quos ex amico suo vxorem partu edidisse norat. Videtur extremam senectam attigisse; quo factum, vt multas reliquerit obseruationes, libris prius ab se editis repugnantes: de quibus non possum aliter existimare, quam quod ætatis progressu sententiam mutarit. Romæ vitam cum morte commutasse dicitur. Ea tempestate artis oratoriæ præsides Athenis fuere Paulus & Andromachus Syrus: licétque hariolari hæc tempora in Galienum, Flauium, Claudium, Tacitum, Aurelianum, & Probum Imperatores incidisse: quibus etiam vixit Dexippus, qui temporum historiam contexuit, vir in liberalibus disciplinis & facultate logica versatissimus.

ΙΑΜΒΛΙΧΟΣ.

ΜΕΤΑ τούτοις ὀνομαστὸς ἐπιγίνεται φιλόσοφος

IAMBLICHVS.

His successit Iamblichus, vt clarissimi nominis philo-

Ἰάμβλιχος, ὃς ἦν καὶ κατὰ γένος
μὲν ἐπιφανής, καὶ [τῶν] ἁ-
βρῶν καὶ τῶν εὐδαιμόνων. πα-
τρὶς δὲ ἦν αὐτῷ Χαλκὶς κατὰ τὴν
Κοίλην προσαγορευομένην
Συρίαν ἡ πόλις. οὗτος Ἀνατολίῳ
τῷ κατὰ Πορφύριον τὰ δεύτε-
ρα φερομένῳ συγγενόμενος,
πολύ γε ἐπέδωκε καὶ εἰς ἄκρον
φιλοσοφίας ἤκμασεν· εἶτα
μετ' Ἀνατόλιον Πορφυρίῳ
προσθεὶς ἑαυτόν, οὐκ ἔστιν ὅτι καὶ
Πορφυρίου διήνεγκεν, πλὴν
ὅσον κατὰ τὴν συνθήκην καὶ
δύναμιν τοῦ λόγου. οὔτε γὰρ
εἰς ἀφροδίτην αὐτοῦ καὶ χά-
ριν τὰ λεγόμενα βέβαπται·
οὔτε ἔχει λευκότητά τινα, καὶ
τῷ καθαρῷ καλλωπίζεται. οὐ
μὴν οὐδὲ ἀσαφῆ παντελῶς
τυγχάνει, οὐδὲ κατὰ τὴν λέξιν
ἡμαρτημένα· ἀλλ' ὥσπερ ἔλεγε
περὶ Ξενοκράτους ὁ Πλάτων
ταῖς Ἑρμαϊκαῖς οὐ τέθυται χά-
ρισιν. οὐκοῦν κατέχει τὸν ἀ-
κροατὴν καὶ γοητεύει πρὸς τὴν
ἀνάγνωσιν, ἀλλ' ἀποστρέφει καὶ
ἀποκναίει τὴν ἀκοὴν ἔοι-
κεν· δικαιοσύνην δὲ ἀσκήσας
εὐηκοΐας ἔτυχε θεῶν τοσαύτης,
ὥστε πλῆθος μὲν ἦσαν οἱ ὁμι-
λοῦντες, πανταχόθεν δὲ ἐφοί-
των οἱ παιδείας ἐπιθυμοῦντες·

ſophus, ita & illuſtris genere, natus familia ampliſſima & locuplete. Patria illi Chalcis, Syriæ quam Cœlen nominant, ciuitas Hic cum Anatolio qui à Porphyrio ſecundum locum obtinuit, conſuetudinem aluit, ſed multis eum modis ſuperauit & ad ſummum philoſophiæ gradum aſcendit. Ab eo coniunxit ſe Porphyrio, quo nulla in re fuit inferior, præterquam in concinna orationis ſtructura, dicendique facultate: neque enim pari venere & gratia ab eo dicta, inſtructa fuere: neque candorem habebant & perſpicuitatem: neque puritate ſermonis exornare ſcripta laborabat, quanquam non omnino obſcuritate inuoluta ſit, aut vitiũ habeat oratio: ſed (quod de Xenocrate dictitabat Plato) non ſacrificauit Mercurialibus gratiis. Itaque lectorem non detinet, non obrepit illecebris quibuſdã, & ad lectionem inuitat, quin potius auertere & obtundere aures videtur. Ob iuſtitiæ cultum, facilem ad deorum aures acceſſum habuit: itaque plurimos nactus eſt contubernales & diſcipulos, qui vndecunque gentium ad eum affluebant, ad hauriendum animi cultum,

ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς τὸ κάλλιστον δύσκεψιν. Σώπατρος γὰρ ἦν ὁ ἐκ Συρίας ἀνὴρ εἰπεῖν τε καὶ γράψαι δεινότατος, Αἰδέσιός τε καὶ Εὐστάθιος ἐκ Καππαδοκίας, ἐκ δὲ τῆς Ἑλλάδος Θεόδωρός τε καὶ Εὐφράσιος οἱ κατ' ἀρετὴν ὑπερέχοντες· ἄλλοι τε πλῆθος οὐ πολὺ λειπόμενοι κατὰ τὴν ἐν λόγοις δύναμιν, ὥστε θαυμαστὸν ἦν ὅτι πᾶσιν ἐπήρκει· καὶ γὰρ ἦν πρὸς ἅπαντας ἄφθονος. ὀλίγα μὲν οὖν χωρὶς τῶν ἑταίρων καὶ ὁμιλητῶν ἔπραττεν ἐφ' ἑαυτοῦ, τὸ θεῖον σεβαζόμενος· τὰ δὲ πλεῖστα τοῖς ἑταίροις συνῆν· τὴν μὲν δίαιταν ὢν εὔκολος καὶ ἀρχαῖος· τῇ δὲ παρὰ πότον ὁμιλίᾳ, τοὺς παρόντας καθηδύνων καὶ διαπιμπλὰς ὥσπερ νέκταρος· οἱ δὲ ἀλήκτως ἔχοντες, καὶ ἀκορέστως τῆς ἀπολαύσεως, ἠνώχλουν αὐτῷ συνεχῶς· καὶ προστησάμενοί γε τοὺς ἀξίους λόγου πρὸς αὐτὸν ἔφασκον· τί δὴ ταῦτα μόνος ὦ διδάσκαλε θειότατε καθ' ἑαυτόν τινα πράττεις, οὐ μεταδιδοὺς τῆς τελεωτέρας σοφίας ἡμῖν; καίτοι γε ἐκφέρεται πρὸς ἡμᾶς λόγος ὑπὸ τῶν σῶν ἀνδραπόδων, ὡς εὐχόμενος τοῖς θεοῖς,

quos inter difficile fuerit iudicium, quis præcelluerit. In iis fuere Sopater Syrus eloquentiæ in dicendo ac scribendo summæ, Ædesius, Eustathius Cappadox, è Græcia Theodorus, & Euphrasius, virtute excellente viri, aliique multi non multo in dicendi facultate inferiores, vt mirum videri possit quomodo vnus omnibus suffecerit: erga cunctos ex æquo comis ac benignus: quid, quod vix quidquam in suam gratiam agebat extra discipulos & sodales, numinis religione tactus: plerunque vero cum suis conuersabatur, conuictum facilem sequens, & frugalem prisci seculi mensam apponens: in symposio præsentes exhilarabat & ceu nectare delibutos replebat: qui vero indefesso eius audiendi studio ardebant, neque satietatem eiusce voluptatis capere poterant, adsidui illi erant conuiuæ, & productis in medium qui ceteros antecellebant, his eum compellabant verbis: Quid ita solus, diuine præceptor, seorsum agitas? neque de absoluta tua sapientia nobis quidquã impertis? rumor tamẽ ad nos emanauit per tuos ministros, te inter fundendum preces

μετεωρίζοι μὲν ἀπὸ τῆς γῆς πλέον ἢ δέκα πήχεις εἰκάζεσθαι· τὸ σῶμα δὲ οἱ καὶ ἡ ἐσθὴς εἰς χρυσοειδές τι κάλλος ἀμείβεται. παυομένῳ δὲ τῆς εὐχῆς, σῶμα τε γίνεται καὶ τὸ πρὶν εὔχεσθαι ὅμοιον· καὶ κατελθὼν ἐπὶ τῆς γῆς, τὴν πρὸς ἡμᾶς ποιεῖ συνουσίαν. οὔτι μάλα γελασείων ἐγέλασεν ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις Ἰάμβλιχος· ἀλλ' εἰπὼν πρὸς αὐτούς, ὡς ὁ μὲν ἀπατήσας ὑμᾶς οὐκ ἦν ἄχαρις· ταῦτα δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, τὸ λοιποῦ δὲ οὐδὲν χωρὶς ὑμῶν πράξεται. τοιαῦτα ἐπεδείξατο· εἰς δὲ τὸν ταῦτα γράφοντα ἦλθε παρὰ τοῦ διδασκάλου Χρυσανθίου τοῦ ἐκ Σάρδεων. ἐκεῖνος δὲ ἦν Αἰδεσίου μαθητής, Αἰδέσιος δὲ ἀνὰ τοὺς πρώτους τοῦ Ἰαμβλίχου, καὶ τῶν ταῦτα πρὸς αὐτὸν εἰρηκότων. ἔλεγεν οὖν ἐπιδείξεις αὐτῶν μεγάλας τῆς θειότητος γεγονέναι τάσδε· ἥλιος μὲν ἐφαίνετο πρὸς τοὺς ὅρους ὅσα λέοντι συνανατέλλει τῷ καλουμένῳ κυνὶ, καὶ θυσίας καιρὸς ἦν· ἡ δὲ ηὐτρέπιστο ἔν τινι τῶν ἐκείνου προαστείων. ὡς δὲ τὰ πάντα εἶχε καλῶς, ἐπὶ τὴν πόλιν ὑπέστρεφον, βάδην καὶ σχολαίως προϊόντες·

videri ab humo plusquam cubitos decem sublimem rapi atque attolli, corpus & vestimentum in aureolum colorem migrare, mox finitis precibus, in pristinam redire speciem corpus, ac tum demum ad terram descendere, & in congressum colloquiúmque nobiscum venire. Quibus dictis arrisit, quanquam ad risum non perinde pronus Iamblichus, & in hæc verba respondit: Illepidus atque inuenustus non fuit, qui istam in vos fallaciam intendit: at de cetero nihil absque vobis actitabitur. Hoc ille de se documētum præbuit, quod à Chrysanthio Sardiano doctore suo, Ædesij discipulo, harum rerum scriptor accepit: qui quidem Ædesius inter primos Iamblichi familiares fuit, eorúmque vnus qui superioribus verbis apud eum vsi fuerunt. Adiecit idem & ista diuinitatis viri non obscura indicia. Finitoris circuli extremos terminos sol illustrabat, quo tempore cum Cane cælesti signo oritur simul: iámque tempus erat faciendi sacrificij, quod apparabatur in suburbiorum vno, mox peractis ritè sacris ad vrbem reuertebantur lento gradu atque otiose inambulantes,

καὶ γὰρ διάλεξις ἦν αὐτοῖς περὶ θεῶν τῇ θυσίᾳ πρέπουσα· τοῦ δὲ νοῦ ἐπιστήσας ὁ Ἰάμβλιχος μεταξὺ διαλεγόμενος, ὥσπερ ἀποκοπεὶς τὴν φωνὴν, καὶ τὰ ὄμματα εἰς τὴν γῆν ἀτρεμίζοντα χρόνον τινὰ ἐρείσας, εἶτα ἔβλεψεν εἰς τοὺς ἑταίρους, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐξεβόησεν· ἄλλην ὁδὸν πορευώμεθα, νεκρὸς γὰρ ἐντεῦθεν ἔναγχος παρακεκόμισται. ὁ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν, ἄλλην ἐβάδιζε, καὶ ἥτις ἐφαίνετο καθαρωτέρα· καὶ σὺν αὐτῷ τινὲς ὑπέστρεφον, ὅσοις τὸ καταλείπειν τὸν διδάσκαλον αἰσχύνης ἄξιον ἔδοξεν· οἱ δὲ πλείους καὶ φιλονεικότεροι τῶν ἑταίρων, ἐν οἷς καὶ ὁ Αἰδέσιος ἦν, ἔμειναν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τερατείαν φέροντες, καὶ τὸν ἔλεγχον ὥσπερ κύνες ἀνιχνεύοντες· καὶ μετὰ μικρὸν ἐπανήεσαν οἱ θάψαντες τὸν τετελευτηκότα· οἱ δὲ οὐδὲ οὕτως ἀπέστησαν, ἀλλ' ἠρώτησαν εἰ ταύτην εἶεν παρεληλυθότες τὴν ὁδόν· οἱ δὲ, ἀναγκαῖον ἦν ἄλλην γὰρ οὐκ, ἔφασαν, ἔχειν. ἔτι δὲ τούτου θειωδέστερον συνεμαρτύρουν, ὡς ἐνοχλοῖ ἡ μὲν αὐτῶν πολλάκις μικρὸν εἶναι φάσκοντες· καὶ ὀσφρήσεως ἴσως

orta disputatione de Deo, non absona sacrificio. Tum fortè Iamblichus animo inter disceptandum occupato alienatóque, & voce veluti intercisa, atque oculis aliquandiu in terram defixis & immotis, ad comites respectans exclamat, Alia nobis ingredienda est via, quod cadauer non procul hinc elatum est: simúlque cum dicto iter alio deflexit, quæ via purior videbatur, cúmque eo nonnulli diuerterũt, quibus pudendum habebatur magistrum deserere: maior pars quiq; pertinacioris erãt ingenij, quorum in numero etiam Ædesius, incœptam institerũt viam, vanitati & hominis superstitioni rem adscribentes, ac more canum feram indagantium, vestigiis sequebantur: non multo post accessere vespillones qui mortuum tumularant. at ne sic quidem incœpto abstitere, percunctatique sunt, eamne viam prius ingressi fuissent. quibus illi responderunt, ita necessum fuisse, quod alia non duceret via. Adferebant diuinius atque isto incredibilius testimonium (quod forte impeditus fuisset ipsorũ visus minus acer,

τοῦ πλεονέκτημα· βούλεσθαι δὲ
διὰ πεῖραν λαβεῖν ἑτέρου μεί-
ζονος· ὁ δὲ πρὸς αὐτούς, ἀλλ'
οὐκ ἐπ' ἐμοί γε τοῦτο ἔλεγεν, ἀλλ'
ὅταν καιρὸς ᾖ· μετὰ δὲ χρό-
νον τινὰ δόξαν αὐτοῖς ἐπὶ τὰ
Γάδαρα, θερμὰ δὲ λουτρὰ
τῆς Συρίας, τῶν γε μετὰ τὴν
Ῥωμαϊκὴν ἐν Βαΐαις δεύτε-
ρα· ἐκείνοις δὲ οὐκ ἔστιν ἕτερα
παραβάλλεσθαι· πορεύονται
δὲ κατὰ τὴν ὥραν εἰς τὰ Γά-
δαρα τοῦ ἔτους, ὁ μὲν ἐτύγχανε
λουόμενος, οἱ δὲ καὶ συνελούοντο, καὶ
περὶ τῶν αὐτῶν ἐνέκειντο. μει-
διάσας δὲ ὁ Ἰάμβλιχος, ἀλλ'
οὐκ εὐσεβὲς [μὲν] ἔφη ταῦτα
ἐπιδείκνυσθαι, ὑμῖν [δὲ] ἕνεκα
πεπράξεται, τῶν θερμῶν κρηνῶν
δύο τὰς [μὲν] μικροτέρας, τῶν
δὲ ἄλλων χαριεστέρων ἐκέλευ-
σεν ἐκπυνθάνεσθαι τοὺς ὁμιλητὰς
παρὰ τῶν ἐπιχωρίων ὅπως ἐκ
παλαιοῦ προσωνομάζοντο· οἱ
δὲ τὸ προσταχθὲν ἐπιτελέσαν-
τες, ἀλλ' οὐκ ἔστι [γε] πρόφασις
εἰπεῖν. ἀλλὰ αὕτη μὲν Ἔρως καλεῖ-
ται· τῇ παρακειμένῃ δὲ Ἀντέ-
ρως ὄνομα· ὁ δὲ εὐθὺς ἐπι-
ψαύσας τοῦ ὕδατος, ἐτύγχα-
νε δὲ ἐπὶ τῆς κρηπῖδος κατὰ
τὴν ὑπερχύσιν καθήμενος,

quodque prærogatiuam ferret illius odoratus) voluisse periculum facere maiori in re, quando Iamblichus ad illos dixit, id in sua voluntate situm non esse, sed vbi temporis se offerret opportunitas. Aliquanto post tempore placuit cunctis stato anni tempore accedere Gadara, qui locus est thermarum in Syria secundas à Baiis in Romano imperio obtinens, quibus nullæ balneæ calidæ comparari possunt. Isthic cum lauaret, pariterque ceteri darent lauationi operam, nata de balneis disceptatione, renidens Iamblichus, tametsi religione, inquit, impediar, quo minus ista aperiam; vestra tamen id caussa fiet: simulque iussit discipulos sciscitari à popularibus indigenis, quibus iam olim nominibus donati fuissent duo è calidis fonticulis minores, sed ceteris elegantiores venustioresque. Illi postquam imperata fecissent, negarunt se caussam nominum posse rescire, vni tamen Amori nomen esse, alteri Anteroti, deo amantium iniuriæ vindici. Confestim ipse contacta manu aqua (sedebat enim fortè in crepidine fontis, vbi depletur ac superfunditur alueus)

καὶ βραχέα τινὰ προσειπὼν, ἐξεκάλεσεν ἀπὸ τῆς κρήνης κάτωθεν παιδίον· λευκὸν ἦν τὸ παιδίον καὶ μετρίως εὐμεγέθης, καὶ χρυσοειδεῖς αὐτοῦ κόμαι τὸ μετάφρενα καὶ στέρνα περιέστιλβον· καὶ ὅλον ἐῴκει λουομένῳ τε καὶ λελουμένῳ. καταπλαγέντων δὲ τῶν ἑταίρων, ἐπὶ τὴν ἐχομένην ὑποκρήνην ἴωμεν, καὶ ἡγεῖτο ἀπιὼν καὶ σύννους ἦν. εἶτα κἀκεῖ τὰ αὐτὰ δράσας, ἐξεκάλεσεν ἕτερον ἔρωτα τῷ προτέρῳ παραπλήσιον ἅπαντα· πλὴν ὅσον αἱ κόμαι μελάντεραί τε καὶ ἡλιῶσαι κατεκέχυντο· καὶ περιεπλέκετό γε ἀμφότερα αὐτῷ τὰ παιδία, καὶ καθάπερ γνησίου τινὸς πατρὸς ἐμφύντα, περιείχετο. ὁ δὲ ἐκεῖνά τε ταῖς οἰκείαις ἀπεδίδου λήξεσι, καὶ σεβαζομένων τῶν ἑταίρων, ἐξῄει λουσάμενος. οὐδὲν μετὰ τοῦτο ἐζήτησεν ἡ τῶν ὁμιλητῶν πληθὺς, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν φανέντων δειγμάτων, ὥσπερ ὑπ' ἀρρήκτου ῥυτῆρος εἵλκοντο, καὶ πᾶσιν ἐπίστευον. λέγεται δὲ καὶ παραδοξότερα καὶ τερατωδέστερα. ἐγὼ δὲ τούτων οὐδὲν ἀνέγραφον, οὐδὲ σφαλερόν τι καὶ θεομισὲς πρᾶγμα ἡγούμενος,

paucis admurmuratis verbulis, de fontis imo pusionem exciuit, candidum, commoda ſtatura, capillitio in fuluum aurum tincto, dorſi cute nitida, qui totus lauanti aut loto aſſimilis erat. Attonitis rei nouitate comitibus, tranſeamus hinc ad proximum, inquit, fonticulum, ſimulque exurgens præcedebat, in cogitatione defixus, ac ſuſpenſo vultu, ibique eadem quæ prius peragens, alterum Amorem euocauit, prioris per omnia ſimilem, extra comas nigrantes huic magis, & rutilas per collum ſparſas. Ambo puſiones circumfuſi arctis complexibus Iamblicho velut naturali patri inhærebant: quos ille in proprias ſuas ſedes eueſtigio reſtituit, lotuſque exceſſit. obſtupefacto comitum & familiarium cœtu, qui ab eo tempore ſcrutari quicquam deſierunt, & argumentis ac ſignis quæ viderant, tanquam validis habenis pertracti, in omnibus credulos ſe præbuerunt. Ferebantur de illo in vulgus & alia fidei abſona, monſtrique ſimilia, quorum ego nihil ſcriptis mãdare volui, ratus id parũ tutum eſſe, Deóq; inuiſum,

τοῦ πλεονεκτήματος· βούλεσθαι δὲ διάπειραν λαβεῖν ἑτέρου μείζονος. ὁ δὲ πρὸς αὐτούς, ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἐμοί γε τοῦτο ἔλεγεν, ἀλλ' ὅταν καιρὸς ᾖ. μετὰ δὲ χρόνον τινὰ δόξαν αὐτοῖς ἐπὶ τὰ Γάδαρα, θερμὰ δὲ ἐπὶ λουτρὰ τῆς Συρίας, τῶν γε μετὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐν Βαΐαις δεύτερα, ἐκείνοις δὲ οὐκ ἔστιν ἕτερα παραβάλλεσθαι· πορεύονται δὲ κατὰ τὴν ὥραν εἰς τὰ Γάδαρα τοῦ ἔτους, ὁ μὲν ἐτύγχανε λουόμενος, οἱ δὲ καὶ συνελούοντο, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν ἐνέκειντο. μειδιάσας δὲ ὁ Ἰάμβλιχος, ἀλλ' οὐκ εὐσεβὲς [μὲν] ἔφη ταῦτα ἐπιδείκνυσθαι, ὑμῖν [δὲ] ἕνεκα πεπράξεται, τῶν θερμῶν κρηνῶν δύο τὰς [μὲν] μικροτέρας, τῶν δὲ ἄλλων χαριεστέρων οὐσῶν ἐκέλευσεν ἐκπυθέσθαι τοὺς ὁμιλητὰς παρὰ τῶν ἐπιχωρίων ὅπως ἐκ παλαιοῦ προσονομάζοντο· οἱ δὲ τὸ προσταχθὲν ἐπιτελέσαντες, ἀλλ' οὐκ ἔστι [γε] προφάσεως εἰπεῖν. ἀλλὰ αὕτη μὲν Ἔρως καλεῖται, τῇ παρακειμένῃ δὲ Ἀντέρως ὄνομα. ὁ δὲ εὐθὺς ἐπιψαύσας τοῦ ὕδατος, ἐτύγχανε δὲ ἐπὶ τῆς κρηπῖδος κατὰ τὴν ὑπέρκλησιν καθήμενος,

quodque prærogatiuam ferret illius odoratus) voluisse periculum facere maiori in re, quando Iamblichus ad illos dixit, id in sua voluntate situm non esse, sed vbi temporis se offerret opportunitas. Aliquanto post tempore placuit cunctis stato anni tempore accedere Gadara, qui locus est thermatum in Syria secundas à Baiis in Romano imperio obtinens, quibus nullæ balneæ calidæ comparari possunt. Isthic cum lauaret, paritérque ceteri darent lauationi operam, nata de balneis disceptatione, renidens Iamblichus, tametsi religione, inquit, impediar, quo minus ista aperiam; vestra tamen id caussa fiet: simulque iussit discipulos sciscitari à popularibus indigenis, quibus iam olim nominibus donati fuissent duo è calidis fonticulis minores, sed ceteris elegantiores venustioréſque. Illi postquam imperata fecissent, negarunt se caussam nominum posse rescire, vni tamen Amori nomen esse, alteri Anteroti, deo amantium iniuriæ vindici. Confestim ipse contacta manu aqua (sedebat enim forte in crepidine fontis, vbi depletur ac superfunditur alueus)

καὶ βραχέα τινὰ προσειπών, ἐξεκάλεσεν ἀπὸ τῆς κρήνης κάτωθεν παιδίον· λευκὸν ἦν τὸ παιδίον καὶ μετρίως εὐμέγεθες, καὶ χρυσοειδεῖς αὐτῷ κόμαι τὰ μετάφρενα καὶ στέρνα περιέστιλβον· καὶ ὅλον ἐῴκει λουομένῳ τε καὶ λελουμένῳ. καταπλαγέντων δὲ τῶν ἑταίρων, ἐπὶ τὴν ἐχομένην ὑποκρήνην ἴωμεν, καὶ ἡγεῖτο ἀπιὼν καὶ σύννους ἦν. εἶτα κἀκεῖ τὰ αὐτὰ δράσας, ἐξεκάλεσεν ἕτερον ἔρωτα τῷ προτέρῳ παραπλήσιον ἅπαντα· πλὴν ὅσον αἱ κόμαι μελάντεραί τε καὶ ἡλιῶσαι κατεκέχυντο· καὶ περιεπλέκετό γε ἀμφότερα αὐτῷ τὰ παιδία· καὶ καθάπερ γνησίου τινὸς πατρὸς ἐμφύντα, περιείχετο. ὁ δὲ ἐκεῖνά τε ταῖς οἰκείαις ἀπέδωκε λήξεσι, καὶ σεβαζομένων τῶν ἑταίρων, ἐξῄει λυσάμενος· οὐδὲν μετὰ τοῦτο ἐζήτησεν ἡ τῶν ὁμιλητῶν πληθύς, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν φανέντων δειγμάτων, ὥσπερ ὑπ' ἀρρήκτου ῥυτῆρος εἵλκοντο, καὶ πᾶσιν ἐπίστευον. ἐλέγετο δὲ καὶ παραδοξότερα καὶ τερατωδέστερα. ἐγὼ δὲ τούτων οὐδὲν ἀνέγραφον, οὐδὲ σφαλερόν τι καὶ θεομισὲς πρᾶγμα ἡγούμενος,

paucis admurmuratis verbulis, de fontis imo pusionem exciuit, candidum, commoda statura, capillitio in fuluum aurum tincto, dorsi cute nitida, qui totus lauanti aut loto assimilis erat. Attonitis rei nouitate comitibus, transeamus hinc ad proximum, inquit, fonticulum, simulque exurgens præcedebat, in cogitatione defixus, ac suspenso vultu, ibique eadem quæ prius peragens, alterum Amorem euocauit, prioris per omnia similem, extra comas nigrantes huic magis, & rutilas per collum sparsas. Ambo pusiones circumfusi arctis complexibus Iamblicho velut naturali patri inhærebant: quos ille in proprias suas sedes euestigio restituit, lotusque excessit. obstupefacto comitum & familiarium cœtu, qui ab eo tempore scrutari quicquam desierunt, & argumentis ac signis quæ viderant, tanquam validis habenis pertracti, in omnibus credulos se præbuerunt. Ferebantur de illo in vulgus & alia fidei absona, monstrique similia, quorum ego nihil scriptis mādare volui, ratus id parū tutum esse, Deōq; inuisum,

λιγωρίας ἔφραζεν, εὐκόλως
καὶ ἀλύπως εἰς τὸ σαφὲς ἐπι-
τρέχουσα. ἔδοξε γοῦν αὐτῇ
καὶ ἀνδρὶ συνοικῆσαι. καὶ ἀναμ-
φίλεκτον ἦν ὅτι ἐξ ἁπάντων
ἀνθρώπων μόνος Εὐστάθιος ἄ-
ξιος ἦν τοῦ γάμου. ἡ δὲ πρὸς
Εὐστάθιον καὶ τοὺς παρόντας
εἰποῦσα, ἀλλ' ἄκουέ μου Εὐστά-
θιε· συμμαρτυρείτωσαν δὲ οἱ πα-
ρόντες, παῖδας μὲν ὑπὸ σοὶ τέ-
ξομαι τρεῖς. πάντες δὲ τὸ ἀνθρώ-
πινον δοκοῦν ἀγαθὸν ἀτυχήσου-

ſinum ſibi profectionem eſ-
ſe, mox reuerſuris. id quod
manifeſte loquitur eos eſſe
genios, atque ita, quocun-
que tandem abiere, à me
diſceſſerunt. Pater filiam
ſibi aſſocians initiatam
diuinoque moderate affla-
tam numine, ad ſuum
arbitrium viuere permiſit,
minime curioſus aut ſata-
gens eius rerum, niſi quod
taciturnitate ipſius nonni-
hil offenderetur. Ipſa iam
florentis ætatis limen in-
greſſa, nulliſque aliis vſa
magiſtris, non poetarum
modo, ſed & philoſopho-
rum atq; oratorum ſcripta
in ore habebat, & quæ ceteri
difficulter atq; obſcure po-
terant percipere, neque niſi
cum magno molimine &
ingeniorum tormento, hæc
illa otioſe citra laborem ex-
plicabat prompteque decla-
rabat. Decreuit itaque ma-
rito ſe coniungere: eratque
extra controuerſiam ſolum
ex omnibus Euſtathium eo
matrimonio dignum vide-
ri. illum igitur ac præſentes
hunc in modum allocuta
eſt: Audi me Euſtathi, voſ-
que qui adeſtis, mihi teſtes
eſſe volo, me ternos ex te
liberos parituram, qui in
fortuitis quæ habentur in-
ter mortales bonis omnes
infeliciter acturi ſunt:

τὸ πρὸς τὸ θεῖον δὲ οὐδὲ εἷς. καὶ
σὺ δὲ περὶ τὰς λήξεις ἐμὲ καλὴν
μὲν διαλαχὼν λῆξιν καὶ πρέπου-
σαν. ἐγὼ δὲ ἴσως κρείσσονα. σοὶ
μὲν γὰρ περὶ σελήνην ἡ χορεία,
καὶ οὐκέτι λατρεύσεις καὶ φιλοσο-
φήσεις τὸ πέμπτον· οὕτω γάρ μοι
φησὶ τὸ σὸν εἴδωλον. ἀλλὰ καὶ
τὸν ὑπὸ σελήνην παρελεύσῃ τό-
πον σὺν ἀγαθῇ καὶ ἠπίῳ
φορᾷ· ἐγὼ δὲ καὶ ἐβουλό-
μην μὲν εἰπεῖν τὰ κατ' ἐμαυ-
τήν· εἶτα ἐπισιωπήσασα τῷ
λόγῳ βραχύν τινα χρόνον·
ἀλλ' ὁ ἐμὸς ἀνεφθέγξατο θεός
με κωλύει. ταῦτα εἰποῦσα,
μοιρῶν γὰρ οὕτως ἔνδον, τῷ τε
Εὐσταθίῳ συνῆλθε· καὶ τὰ λε-
χθέντα οὐδὲν διέφερε τῶν ἀκι-
νήτων μαντειῶν οὕτω πάντα-
χόθεν ἐγίνετο, καὶ ἀπέβη καθά-
περ γεγενημένα. προσιστορῆσαι
δὲ τοῖς γεγενημένοις τόδε ἀναγ-
καίως εἴη· Σωσιπάτρα μετὰ
τὴν ἀποχώρησιν Εὐσταθίου, πρὸς
τὰ αὐτῆς ἐπανελθοῦσα κτήματα
περὶ τὴν Ἀσίαν καὶ τὸ παλαιὸν
Πέργαμον διέτριβε· καὶ ὁ μέγας
Αἰδέσιος θεραπεύων αὐτὴν ἠ-
γάπα, καὶ τοὺς παῖδας ἐξεπαί-
δευε· καὶ ἀντικαθῆστο αὐτοῖς φι-
λοσοφοῦσα κατὰ τὴν ἑαυτῆς οἰκίαν ἡ
Σωσιπάτρα· καὶ μετὰ τὴν Αἰδεσίου

Deo autem resistere & repugnare nemo potest. Atu præclaram teque non indignam sedem ante me occupabis, nec inferiorem fortassis & ego nanciscar: nam tibi ad lunarem globum secessus fato debetur, nec à quinto anno diutius diuino cultui operaberis aut etiam philosophabere, id enim loquitur mihi tua effigies, imo sublunarem orbem superscendes facili & moderato motu. De meis verò rebus plura essem dictura, nisi meus me prohiberet genius. Quæ verba priusquam finiret, aliquanto tempore sermonem suspenderat: dein è vestigio in manum Eustathio conuenit: ita namque fatalibus deabus placitum fuit. Neque discreparunt quidquam eius verba ab immutabili oraculorum sorte: subsecutus enim est euentus non alius, quàm si antea facta fuissent. Illud euentis insuper adiiciendum necessariò fuerit, quod Sosipatra à mariti morte ad hæredium suum regressa, apud Pergamũ vetus in Asia minore consederit: quodq; eam magnopere coluerit & beneuolentia prosecutus fuerit magnus ille Ædesius,

συνουσίαν, παρ᾽ ἐκείνην φοιτῶντες, οὐκ ἔστιν ὅστις τὴν μὲν ἐν λόγοις ἀκρίβειαν Αἰδεσίου προσηγάπα καὶ συνεθαύμαζε· τὸν δὲ τῆς γυναικὸς ἐνθουσιασμὸν προσεκύνει καὶ ἐσεβάζετο. Φιλομήτωρ γοῦν τις αὐτῆς ἀνεψιὸς ὤν, τοῦ τε κάλλους ἡττηθεὶς καὶ τῶν λόγων, εἰς ἔρωτα ἀφίκετο· καὶ τὴν γυναῖκα εἰδὼς θειοτέραν, ἔρως δὲ καὶ συνηνάγκαζε καὶ κατεβιάζετο· καὶ ὁ μὲν ἀμφὶ ταῦτα ἦν πολύς· καὶ ἡ γυνὴ συνῃσθάνετο τῆς πείρας· καὶ πρὸς τὸν Μάξιμον· οὗτος δὲ διὰ τὰ πρῶτα τῆς ὁμιλίας ἐφέρετο τῆς Αἰδεσίου, καὶ οὐδὲ συγγενείας κεχώριστο· ἀλλὰ καταμάθε γε ὦ Μάξιμε, ἵνα μὴ πράγματα ἔχω, τί τὸ περὶ ἐμὲ πάθος ἐστί. τοῦ δὲ ὑπολαβόντος, τί γὰρ ἐστὶ τὸ πάθος, ἂν μὲν γὰρ ὁ Φιλομήτωρ ἔφη πρὸς αὐτήν, Φιλομήτωρ γε ἐστὶ, καὶ διαφέρει τῶν πολλῶν ὑμῶν οὐδέν· ἂν δὲ ἀποχωροῦντα θεάσωμαι, δάκνεταί μου καὶ στρέφεται πως πρὸς τὴν ἔξοδον ἔνδον ἡ καρ-

qui etiam proles eius instituit, quamuis & ipsa domi suæ in philosophiæ præceptis easdem erudierit. Postquam vero Ædesius ea familiariter vti cœpit, nemo omnium qui domum illam frequentabant; Ædesij accuratum in differendo cultum fastúmque amare aut admirari potuit; cuncti verò mulieris diuinum feruorem exosculabantur atque obstupescebant. Porro Philometor quidam Sosipatræ consobrinus, formæ venustate & facundia captus, in amorem eius incidit, diuinius præ cæteris mulieris ingenium contemplatus, ardebátque & plane deperibat amore, totus in hoc: quin & ipsa eandem flammam intus conceperat. itaque Maximum [qui præcipuè familiaris cum Ædesio domesticam consuetudinem coniunxerat, à cognatione illius non alienus] adit, & ad eum conuersa, Aduerte, inquit, animum, qui me morbus affligat, ne qua molestia afficiar. Illo sciscitante, quid morbi esset, subiecit, quid, si Philometor sit, certè is ipse est, neque vel tantillum à vobis plerisque discrepat, vobis aliis similis: verum vbi discedentem conspicor, tam mihi cor vritur atque commouetur, si quando à me egreditur, videndum tamen tibi est,

δία· ἀλλ' ὅπως ἀθλήσῃς περὶ ἐμοὶ, καὶ θεοφιλὴς ἐπιδείξῃ τί πεπόνθησι· καὶ ὁ μὲν Μάξιμος ἐξῄει τοιαῦτα ἀκηκοὼς, ὑπέρογκος ὤν, ὡς ἂν ἤδη τοῖς θεοῖς ὁμιλῶν, ὅτι ὑπὸ τοσαύτης γυναικὸς τοιαῦτα ἐπεπίστευτο. φιλομήτωρ δὲ τοῖς προεστηκόσιν ἐνέκειτο. Μάξιμος δέ τι ἐνέκειτο, διὰ σοφίας μὲν θυτικῆς καταμαθὼν, ὅτῳ τινὶ κέχρηνται βιαιοτέρῳ δὲ καὶ δυνατωτέρῳ καταλύσαι τὸ ἔλαττον. καὶ ὁ μὲν ταῦτα συντελέσας ὁ Μάξιμος ἔδραμε παρὰ τὴν Σωσιπάτραν καὶ παραφυλάττειν ἠξίου μάλα ἀκριβῶς εἰ τὸ αὐτὸ τοῦ λοιποῦ πείσεται· ἡ δὲ οὐκέτι πάσχειν ἔφη· καὶ τήν γε εὐχὴν ἀπήγγελλε τῷ Μαξίμῳ, καὶ τὴν ἅπασαν πρᾶξιν· καὶ τήν γε ὥραν προσέθηκεν ὥσπερ συμπαροῦσα καθ' ἣν ταῦτα ἔπραττεν, καὶ τὰ φανέντα ἀνεκάλυψε σημεῖα. τοῦ δὲ πεσόντος ἐπὶ τὴν γῆν ἀχανοῦς, καὶ θεὰν ἄντικρυς εἶναι τὴν Σωσιπάτραν ὁμολογοῦντος, ἀνίστω φησὶν ὦ τέκνον, θεοί σε φιλοῦσιν, ἐὰν σὺ πρὸς ἐκείνους βλέπῃς, καὶ μὴ ῥέπῃς ἐπὶ τὰ γήϊνα, καὶ ἐπίκηρα χρήματα.

vt de me labores, pietatísque officium præstes. His auditis Maximus fastu turgidus, quasi deorum colloquio non indignus habitus, cui res tanta ab eiusmodi fœmina esset credita, secedit. Interim Philometor institutum vrget: Maximus vero instat per aruspicinam è pecudum fibris cognoscere, cuinam fato destinata deberetur, efficace atque potente vsus scientia in re pusilli momenti. Perpetrato itaque sacrificio accurrit ad Sosipatram, iubétque diligenter obseruare, num de cetero simili morbo implicaretur: negat illa se isti malo amplius esse obnoxiam, simúlque detegit Maximo, quas adhibuerit preces, quid egerit omnino, adiungit & tempus atque horam qua actitata fuerint omnia, tanquam si fuisset præsens, insuper & prodigia quæ se illi ostenderant, aperit. Tum ille pronus atque attonitus in terram procumbit, Deæque nomine haud dubie dignam mulierem esse profitetur. At illa: Erige te, inquit, in pedes, Dij te sospitant, siquidem eos respicias neq; fluxis istis & terrenis caducísque opibus animum apponas.

καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἀκούσας, ἐξῄει μεγαλαυχότερος γεγονώς· καὶ τῆς κατὰ τὴν γυναῖκα θειότητος δὲ ἀσφαλῶς πεπειραμένος. ὁ δὲ Φιλομήτωρ φαιδρὸς ἀπαντᾷ περὶ θύρας αὐτῷ μετὰ πολλῶν ἑταίρων ἰών. ὁ δὲ πόῤῥωθεν μέγα φθεγξάμενος εἶπεν ὁ Μάξιμος· τοὺς θεούς σοι φιλομήτωρ εἶπεν ἑταῖρε παῦσαι μάτην καταχαίων τὰ ξύλα, συνεωρακὼς τι τοιοῦτον ἴσως αὐτῷ περὶ ἃ κακουργῶν ἔπραττε· καὶ ὁ μὲν τὸν Μάξιμον ὑπερβαλλόμενος, θεὸν ᾠήθη. καὶ τῆς ἐπιβουλῆς ἐπαύσατο, καταγελάσας τῆς προθέσεως ὅ,τι καὶ ἐνεχείρησεν. ἡ δὲ Σωσιπάτρα γνησίως καὶ διαφερόντως ἑώρα τοῦ λοιποῦ τὸν Φιλομήτορα, θαυμάζουσα αὐτὸν, ὅτι αὐτὴν ἐθαύμασε. ποτὲ γοῦν συνεληλυθότων ἁπάντων παρ' αὐτῇ, Φιλομήτωρ δὲ οὐ παρῆν, ἀλλ' ἐν ἀγρῷ διέτριβεν. ἡ μὲν πρόθεσις ἦν καὶ τὸ ζήτημα περὶ ψυχῆς. πολλῶν δὲ κινουμένων λόγων, ὡς ἤρξατο Σωσιπάτρα λέγειν κατὰ μικρὸν, τῇ ἀποδείξει διαλύουσα τὰ προβαλλόμενα· εἶτα εἰς τὸν περὶ καθόλου ψυχῆς καὶ τί τὸ κολαζόμενον, καὶ τί τὸ ἀθάνατον

Quibus auditis, magis etiam inflammatus animo, domo erupit, vt qui iam certum muliebris diuinitatis periculum fecisset. Accidit autem vt Philometor alacer sodalium cœtu comitatus, ad fores ædium obuium habuerit Maximum, qui magna voce eminus acclamans, Caue, inquit, sodalis deos lacessere, & incassum lignis adolere desine: conscius forsitan veneficij in quo malitiose ille versabatur. Itaque religione tactus, Deique vocem audisse ratus, à prauo consilio destitit, irridens damnánsque quod aggressus fuerat propositum. Ab eo tempore Sosipatra singulari miniméque fucato amore Philometorem complexa in oculis ferebat, illius accẽsa studio, qui ipsam tantopere adamasset. Quodam tempore coacto vniuerso familiariũ cœtu, cum solus abesset Philometor diuinæ rei operatus, disceptatio & quæstio exorta est de anima, in qua post varia argumenta vltro citroque iactata, Sosipatra vbi paulatim obiecta demonstrationibus dissoluisset, atque incidisset in disputationem de anima

αὐτῆς, ἐμπίπλουσα λόγων, μεταξὺ τοῦ κορυβαντιασμοῦ καὶ τοῦ ἐκβακχεύσεως, ὥσπερ ἀποκόψασα τὴν φωνήν, ἐσιώπησε· καὶ βραχὺν λιποῦσα χρόνον, τί τοῦτο; ἐβόησεν εἰς μέσους· ὁ συγγενὴς Φιλομήτωρ φερόμενος ἐπ' ὀχήματος, τό, τε ὄχημα κατά τινα δυσχωρίαν περιτέτραπται, καὶ κινδυνεύει περὶ τὼ σκέλη. ἀλλ' ἐξῃρήκασί γε αὐτὸν οἱ θεράποντες ὑγιαίνοντα, πλὴν ὅσα περὶ τοῖς ἀγκῶσι καὶ χερσὶ τραύματα εἴληφε, καὶ ταῦτά γε ἀκίνδυνα· ἐπὶ φορείου δὲ φέρεται ποτνιώμενος. ταῦτα δὲ ἔλεγε, καὶ εἶχεν οὕτως, καὶ πάντες ᾔδεσαν ὅτι πανταχοῦ εἴη Σωσιπάτρα, καὶ πᾶσι πάρεστι τοῖς γινομένοις· ὥσπερ οἱ φιλόσοφοι περὶ τῶν θεῶν λέγουσι. καὶ ἐτελεύτα δὲ ἐπὶ τοῖς τρισὶ παισί· καὶ τῶν μὲν δύο τὰ ὀνόματα οὐδὲν δέομαι γράφειν· Ἀντωνῖνος δὲ ἦν ἄξιος τῶν πατέρων· ὅς γε τὸ Κανωβικὸν τοῦ Νείλου καταλαβὼν στόμα, καὶ τοῖς ἐκεῖ τελουμένοις προσθεὶς ὅλον ἑαυτόν, τήν τε ἀπὸ τῆς μητρὸς πρόρρησιν ἐξεβιάζετο· καὶ ἡ νεότης τῶν ὑγιαινόντων τὰς ψυχὰς καὶ

in genere, quæ eius pars supplicio puniatur, quæve interitus sit expers, dum furore quodam diuino incitata rapitur bacchatúrque, repente voce veluti rescissa obmutuit; deinde mora aliquanta facta in medium exclamare cœpit: Quid hoc rei est? necessarius meus Philometor curru inuectus loco salebroso & insolente euersus est, déque crurum perfractione periclitatur: sospitem tamen famuli expediuere, nisi quod cubitum oblæsit, manusque habet saucias citra periculi metum, fertúrque sella, & quidem quiritans. Hæc illa, & vere, nam ita res habebat: vnde cunctis persuasum fuit, Sosipatram vbique locorum adesse præsentem, id quod de Deo philosophi affirmant. Diem autem obiit ternis relictis liberis, è quibus duorum nomina nihil opus est adscribere: sed tertius, cui Antonino nomen fuit, à parentibus nõ extitit degener: sedéq; apud Canobicum Nili ostium obtinuit, séq; totum dedidit iis qui ibi loci instituebantur, studẽs modis omnib. matris de se prædictioni respõdere. Ad eum iuuentus sanior ac

φιλοσοφίας ἐπιθυμούντων, ἐφοίτων πρὸς αὐτὸν, καὶ τὸ ἱερὸν νεανίσκων ἱερέων μεστὸν ἦν. αὐτὸς μὲν οὖν ἔτι ἄνθρωπος εἶναι δοκῶν, καὶ ἀνθρώποις ὁμιλῶν, πᾶσι τοῖς ὁμιληταῖς προὔλεγεν, ὡς μετ᾽ ἐκεῖνον οὐκ ἔτι τὸ ἱερὸν ἔσοιτο, ἀλλὰ καὶ τὰ μεγάλα καὶ ἅγια τοῦ Σαράπιδος ἱερὰ πρὸς τὸ σκοτοειδὲς καὶ ἄμορφον χωρήσει καὶ μεταβληθήσεται· καί τι μυθῶδες καὶ ἀειδὲς σκότος τυραννήσει τὰ ἐπὶ γῆς κάλλιστα. ὁ δὲ χρόνος ἀπήλεγξεν ἅπαντα, καὶ τὸ πρᾶγμά γε εἰς χρησμοῦ συνετελέσθη βίαν· τούτου δὲ τοῦ γένους, οὐ γὰρ τὰς Ἡσιόδου καλουμένας Ἠοίας ἔσπευδον γράφειν, ἀπόρροιαί τινες ὥσπερ ἄστρων περιλήφθησαν, καὶ εἰς φιλοσοφούντων ἕτερα ἄττα γένη διεσπάρησαν καὶ κατενέμησαν· οἷς τὸ φιλοσοφεῖν ἡ συγγένεια κέρδος ἦν· τὰ πλεῖστα δὲ ἐν δικαστηρίοις ὥσπερ ὁ Σωκράτης περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοὰν, ἐκινδύνευον. οὕτω περιεφρόνησαν χρήματα καὶ κατέγνωσαν χρυσίον· ἦν γοῦν αὐτοῖς φιλοσοφία τὸ τελώνιον, καὶ τὸ μεμνῆσθαι Σωσιπάτρας·

sapientiæ studio dedita frequens commeabat, fano adolescentibus, qui sacris operabantur, pleno. Ipse neque homine maior habitus, & inter mortales vitam degens, iam tum contubernalibus discipulisque prædicere solebat, à sua morte non exiturum amplius deorum templum: imo magnifica illa & religiosa Sarapidis delubra informi situ obrutum iri & vastitatem passura, quæq; in terris aspectu pulcherrima forent, in ea fabulosum Chaos & spissam caliginẽ dominatura, suamq; tyrannidem esse exercitura: quæ omnia tempus detexit veraq; comprobauit, vt oraculi vim prædictio obtinuerit. Ex illo genere emanarunt reliquiæ quædam (non.n. in animo mihi *est Hesiodi matutinas, quibus Ἠοίας nomẽ indidit, scribere) quæ tanquã effluentiæ traiectiones quædã stellarum dissipatæ fuerunt ac disperse in aliud philosophastrorum genus, quibus philosophiæ affinitas quæstui fuit & emolumẽto, qui ferme in foro vti Socrates apud Regiã porticum Athenis periclitati sunt, atque ea ratione pecunias contempsere & nummorum iacturam fecerunt. Itaque, penula, Sosipatræ

καὶ τὸν Εὐστάθιον διὰ στόματος φέρειν· τὸ δὲ ἐν τοῖς ὁρωμένοις σακκία τε ἀδρὰ καὶ ὑπόμεστα βιβλιδίων, καὶ ταῦτα ὡς ἂν ἄχθος εἶναι καμήλων πολλῶν· καὶ ἐξηπίστατό γε πάνυ ἀκριβῶς τὰ βιβλία· καὶ ταῦτά γε ἦν εἰς οὐδένα φέροντα τῶν παλαιῶν φιλοσόφων, ἀλλὰ διαθῆκαί τε καὶ ἀντίγραφα τούτων καὶ συμβόλαια, καὶ περὶ πράσεων· καὶ ὅσα ὁ κακοδαίμων, καὶ ὁ πρὸς τὴν πλανωμένην καὶ ἄτακτον ἄτην ἐπικλίνων βίος ἐπαινεῖν εἴωθεν· οὕτως οὐδὲ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα Σωσιπάτρα ἐς τὸν χρησμὸν ἀπετύγχανε. καὶ τούτων γε τὰ ὀνόματα οὐδὲν δέομαι γράφειν. ὁ γὰρ λόγος οὐκ ἐπὶ τοῖς φαύλοις ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀγαθοὺς φέρειν συνεπείγεται. πλὴν ὅσα εἰς αὐτῆς τῶν παίδων· Ἀντωνῖνος ἦν αὐτῷ· οὗ καὶ πρὸ βραχέος ἐπεμνήσθην· ὁ διαβὰς ἐς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, εἶτα τὸ Κανωβικὸν θαυμάσας τε καὶ ὑπεραγασθεὶς τοῦ Νείλου στόμα, καὶ τοῖς ἐκείνῃ θεοῖς τε καὶ ἀῤῥήτοις ἱεροῖς ἀνατεθεὶς καὶ προσαρμόσας ἑαυτοῦ,

mentio, & Euſtathij dictorum recitatio, philoſophiæ apud illos ſuſtinebant titulum: & in rebus quæ omnium obtutui patent, loculi tanta libellorum mole conferti, vt multorum camelorum iuſtum onus eſſe poſſent; eos vero libros ad vnguem edidicerant, qui à veterum philoſophorum nemine vnquam ſcripti, tabulas modo teſtamentorum, earumque antigrapha, & contractuum codicillos, auctionariaſque tabellas continebant, & quicquid miſera hæc vita erroribus implicita ac diſſoluta laudare aſſolet. Quare Soſipatræ non falſa fuit prædictio, ſiue oraculum, de his quæ liberis ſuis euentura eſſent, quorum à me tacebuntur nomina, quod viros bonos, non autem vitioſos & improbos in librum præſentem coniicere ſit animus: alioqui vnus modo ex eius liberis Antoninus nomine, cuius paulo ante facta mentio eſt, Alexandriæ commoratus, inde Canobi [quod Nili oſtiorum vnum eſt] ingenti affectus admiratione, totum ſe dedidit atque applicuit diis loci gentilibus, & ſacris myſticis atque arcanis,

ταχὺ μάλα πρὸς τὴν τοῦ θείου συγγένειαν ἐπέδωκε· σώματός τε ὑπερφρονήσας, καὶ τῶν περὶ τοῦτο ἡδονῶν ἀπολυθείς, σοφίαν τε ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς ἐπιτηδεύσας· περὶ οὗ προσήκει καὶ διὰ μακροτέρων εἰπεῖν. ἐπεδείκνυτο μὲν γὰρ οὐδὲν θεουργὸν καὶ παράλογον ἐς τὴν φαινομένην αἴσθησιν, τὰς βασιλικὰς ἴσως ὁρμὰς ὑφορώμενος ἑτέρωσε φερούσας· τὸ δὲ τὴν καρτερίαν καὶ τὸ ἄκαμπτον καὶ ἀμετάστατον ἐθαύμαζον ἅπαντες. καὶ κατῄεσάν γε παρ' αὐτὸν ἐπὶ θάλασσαν οἱ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν τότε σχολάζοντες. ἡ δὲ Ἀλεξάνδρεια, διά τε τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερόν, ἱερά τις ἦν οἰκουμένη· οἱ γοῦν πανταχόθεν φοιτῶντες ἐς αὐτὴν πλῆθός τε ἦσαν τοῦ δήμου παρισούμενοι. καὶ μετὰ τὴν θεραπείαν τοῦ θείου, παρὰ τὸν Ἀντωνῖνον ἔτρεχον· [οἱ μὲν διὰ γῆς, ὅσοι γε ἔτρεχον·] τοῖς δὲ ἐξήρκει τὰ ποτάμια πλοῖα μετὰ ῥᾳστώνης ἐπὶ τὴν σπουδὴν ὑποφέροντες· συνουσίας δὲ ἀξιωθέντες, οἱ μὲν λογικὸν πρόβλημα προθέμενοι ἀφθόνως καὶ ἀφθόρως τῆς Πλατωνικῆς

citoque in deorum immortalium contubernium receptus est, neglecta prorsus corporis cura, eiusque voluptatibus remisso nuncio, & sapientiæ studium profano vulgo incognitum amplexus: de quo longiorem contexi orationem par esset: sed is nihil magnopere à communi hominum opinione diuersum, quod sciri posset, deorum cultui operabatur, forte quod Imperatoris ingenium & conatus suspectos haberet, alio tendentes: certe cuncti mortales huiusce viri temperantiam, constantiam, & inflecti nesciam mentem demirati fuere: itabantque ad eum in littus qui tum Alexandriæ negotiabantur. Erat autem populosa ciuitas Alexandria, & propter Sarapidis fanum alter quidam orbis terrarum, sed sacer, ad quam vndecunque terrarum innumeri confluebant gregatim, agmini similiter, qui salutato prius deo, ad Antoninum cursum detorquebant, fluuiatilibus lēbis inuecti, sicq; pariter & relaxabant animos, & ad seria properabant. Quotquot vero ad colloquium admissi, ratione fultum problema proponebant, Platonica

ἀνεφορεῖτο σοφίας. οἱ δὲ τῶν θειοτέρων τι προβάλλοντες, ἀνδριάντι συνετύγχανον· οὐκοῦν ἐφθέγγετο πρὸς αὐτὸν οὐδένα· ἀλλ' εἰς τὰ ὄμματα στήσας, καὶ διαθρήσας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἄναυδος ἔκειτο καὶ ἀτεγκτος· οὐδέ τις εἶδεν αὐτὸν περὶ τῶν τοιούτων ῥᾳδίως εἰς ὁμιλίαν ἥκοντα ἀνθρώπων. ὅτι δὲ ἦν τι θειότερον τὸ κατ' αὐτὸν οὐκ εἰς μακρὰν ἀπεσημάνθη· οὐ γὰρ ἔφθανεν ἐκεῖνος ἐξ ἀνθρώπων ἀπιὼν, καὶ ἥ τε θεραπεία τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, καὶ τὸ Σαραπεῖον ἱερὸν διεσκεδάννυτο, οὐχ ἡ θεραπεία μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ οἰκοδομήματα καὶ πάντα ἐγίνετο καθάπερ ἐν ποιητικοῖς μύθοις τῶν Γιγάντων κεκρατηκότων· καὶ τὰ περὶ τὸν Κάνωβον ἱερὰ ταυτὸ τοῦτο ἔπαθον, Θεοδοσίου μὲν τότε βασιλεύοντος, Θεοφίλου δὲ προεστατοῦντος, τῶν ἐναγῶν ἀνθρώπου τινὸς Εὐρυμέδοντος,

Ὃς ποθ' ὑπερθύμοισι γιγάντεσσιν βασίλευεν.

Εὐετίου δὲ τὴν πολιτικὴν ἄρχοντος· Ῥωμανοῦ δὲ τοὺς κατ' Αἴγυπτον στρατιώτας πεπιστευμένου·

doctrina abundè & candidè implebantur: at qui altiores de rebus diuinis quæstionees in medium afferebant, ij statuam incursabant, vsque adeo nihil apud tales mutiebat, sed inconniuens immotísque luminibus cælum respectans, iacebat quasi sensibus orbatus, atque elinguis; neque temere quisquam hominum vidit illum in eiusmodi disceptationes descendere. Quod autem diuini qniddam in eo fuerit, breui post eluxit: nam vix adeo ex hac vita migrauerat, cum & cultus numinis apud Alexandriam, & Sarapidis delubrum disturbata dissipatáque fuere, non religio tantum, sed vniuersa fabrica, & omnia eum habuerunt exitum, quem Poetarum fabulæ tribuunt Gigantum victoriæ: simile enim quid Canobicis templis accidit, imperante tunc Theodosio, prætorij præfecto Theophilo, piaculari homine, & Eurymedonte quopiam, qui

Late rex tumidos inter sæuosq; gigantes
Primatum tenuit:

Venereo tum Vrbi prefecto, & Romano Ægypti legiones cum imperio obtinente:

οἵτινες ἅμα φραξάμενοι κατὰ λίθων καὶ λιθοξόων θυμὸν ἐπὶ ταῦτα δηλούμενοι, πολέμου δὲ μήτε ἀκοὴν ὑφιστάμενοι, τό τε Σαραπεῖον καταλυμήναντο, καὶ τοῖς ἀναθήμασιν ἐπολέμησαν, ἀνανταγώνιστον καὶ ἄμαχον νίκην νικήσαντες. τοῖς γοῦν ἀνδριᾶσι καὶ ἀναθήμασιν ἐς τοσόνδε γενναίως ἐμαχέσαντο, ὥστε οὐ μόνον ἐνίκων αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ ἔκλεπτον· καὶ τάξις ἦν αὐτοῖς πολεμικὴ τὸ ὑφελόμενον λαθεῖν. τοῦ δὲ Σαραπείου μόνον τὸ ἔδαφος οὐχ ὑφείλοντο, διὰ βάρος τῶν λίθων· οὐ γὰρ ἦσαν εὐμετακίνητοι· συγχέαντες δὲ ἅπαντα καὶ ταράξαντες, οἱ πολεμικώτατοι καὶ γενναῖοι, καὶ τὰς χεῖρας ἀναιμάκτους μὲν, οὐκ ἀφιλοχρημάτους δὲ προτείναντες, τούς τε θεοὺς ἔφασαν νενικηκέναι· καὶ τὴν ἱεροσυλίαν καὶ τὴν ἀσέβειαν εἰς ἔπαινον σφῶν αὐτῶν κατελογίζοντο. εἶτα ἐπεισῆγον τοῖς ἱεροῖς τόποις τοὺς καλουμένους Μοναχοὺς, ἀνθρώπους μὲν κατὰ τὸ εἶδος, ὁ δὲ βίος αὐτοῖς συώδης, καὶ ἐς τὸ ἐμφανὲς ἔπασχόν τε καὶ ἐποίουν μυρία, κακὰ καὶ ἄφρασα.

qui omnes iras aduersus saxa & lapicidas aggerantes, ea oppugnabant,& qui bellum nunquam auditione acceperant, Sarapidis ædem funditus demoliti sunt, templique donariis manus hostiliter iniecerunt,absque hoste & citra prælium victoriam adepti. Eo pacto cum simulacris ac donariis commissa strenue pugna,non deuicere modo illa, verumetiam depeculati fuere, militarisque inter ipsos lex erat & tessera, vti quod quisque furto subduxerat, lateret occultum. Mansit tamen area ædis quam asportare nequiuerunt ob saxorum moles, quæ difficulter loco commoueri potuerant. At egregij illi viri & bellicosi, confusis perturbatisque rebus omnibus, debellasse se deos incruentis quidem, sed ab auaritiæ crimine non impuris manibus gloriabantur, sacrilegium & impietatis crimen laudi sibi assumentes. Iidem postea in sacra loca inuexerunt Monachos sic dictos, homines quidem specie, sed vitam turpē porcorum more exigentes,qui in propatulo infinita atque infanda scelera committebāt,

ἀλλ'

ἀλλ᾽ ὅμως τοῦτο μὲν ἀσεβὲς ἐδόκει τὸ καταφρονεῖν τοῦ θείου· τυραννικὴν γὰρ εἶχεν ἐξουσίαν τότε πᾶς ἄνθρωπος, μέλαιναν φορῶν ἐσθῆτα, καὶ δημοσίᾳ βουλόμενος ἀσχημονεῖν· ἐς τοσόνδε ἀρετῆς ἤλασε τὸ ἀνθρώπινον· ἀλλὰ περὶ τούτων μὲν καὶ ἐν τοῖς καθολικοῖς τῆς ἱστορίας συγγράμμασιν εἴρηται· τοὺς δὲ Μοναχοὺς τούτους καὶ εἰς τὸν Κάνωβον καθίδρυσαν, ἀντὶ τῶν νοητῶν θεῶν εἰς ἀνδραπόδων θεραπείας, καὶ οὐδὲ χρηστῶν, καταδήσαντες τὸ ἀνθρώπινον· ὀστέα γὰρ καὶ κεφαλὰς τῶν ἐπὶ πολλοῖς ἁμαρτήμασιν ἑαλωκότων συναγείροντες, οὓς τὸ πολιτικὸν ἐκόλαζε δικαστήριον, θεούς τε ἀπεδείκνυσαν, καὶ προσεκαλινδοῦντο τοι . . . . . . καὶ κρείττους ἀπελάμβανον εἶναι μολυνόμενοι πρὸς τοῖς τάφοις. μάρτυρες γοῦν ἐκαλοῦντο καὶ διάκονοί τινες, καὶ πρέσβεις τῶν αἰτήσεων παρὰ τῶν θεῶν, ἀνδράποδα δεδουλευκότα κακῶς, καὶ μάστιξι καταδεδαπανημένα· καὶ τὰς τῆς μοχθηρίας ὠτειλὰς ἐν τοῖς εἰδώλοις φέροντα· ἀλλ᾽ ὅ-

quibus tamen pietatis pars videbatur, sacri loci reuerentiam proculcare: nam ea tempestate quiuis atram vestem indutus, quique in publico sordido habitu spectari non abnuebat, is tyrannicam obtinebat auctoritatem. in eam virtutis opinionem venerat id genus hominum, de quibus etiam dictum est in vniuersæ historiæ commentariis. Illi ipsi Monachos Canobi quoque collocarunt, vt pro diis qui animo cernuntur, seruos & quidem flagitiosos diuinis honoribus percolerent, hominum mentibus ad cultum ceremoniásque obligatis. ij namque condita & salita eorum capita, qui ob scelerum multitudinem à iudicibus extremo supplicio fuerant affecti, pro diuis ostentabant: iis genua submittebant, eos in deorum numerum receptabant, ad illorum sepulchra puluere sordibúsque conspurcati: in his nonnulli Martyres, diaconi alij, & legati arbitríque precum petitionũq; apud deos nominabãtur, cum fuerint seruitia infida & flagris pessimè subacta, & quæ cicatrices scelerũ ac nequitiæ vestigia corporibus circumferrent:

μος ἡ γῆ φέρει τούτοις τοὺς θεούς. τοῦτο γοῦν εἰς μεγάλην πρόνοιαν καὶ Ἀντωνίνου συνετέλεσεν· ὅτι πρὸς ἅπαντας ἔφασκεν τὰ ἱερὰ τάφους γενήσεσθαι· ὥσπερ που καὶ Ἰάμβλιχος ὁ μέγας, ὅπερ ἐν τοῖς κατ' ἐκεῖνον παραδεδηλώκαμεν, ἀνδρός τινος Αἰγυπτίου τὸν Ἀπόλλω καλέσαντος, τοῦ δὲ ἐλθόντος, καὶ καταπλαγέντων τὴν ὄψιν τῶν παρόντων, παύσασθε ἔφη ἑταῖροι θαυμάζοντες· μονομαχήσαντος γὰρ ἀνδρός ἐστιν εἴδωλον· οὕτως ἕτερόν τι ἐστὶ τῷ νῷ θεωρεῖν, καὶ τοῖς τοῦ σώματος ἀπατηλοῖς ὄμμασιν. ἀλλ' Ἰάμβλιχος μὲν τὰ παρόντα δεινά· Ἀντωνῖνος δὲ τὰ μέλλοντα προεῖδε. καὶ τοῦτό γε αὐτοῦ μόνον ἀσθένειαν φέρει. ἄλυπον δὲ αὐτοῦ τὸ τέλος ἐς γῆρας ἄνοσον ἀφικόμενον, καὶ βαθὺ καὶ λυπηρὸν τοῖς νοῦν ἔχουσι τὸ προεγνωσμένον ἐκείνῳ τῶν ἱερῶν [τέλος.]

ΜΑΞΙΜΟΣ.

Μαξίμου καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν· καὶ ὁ ταῦτα γράφων οὐκ ἦν ἀθέα-

eiusmodi tamen deos fert tellus. Istud itaque prouidentiæ Antonini existimationem summopere adauxit, quod palam apud omnes prædixerat templa in sepulchra conuersum iri. Eodem modo admirandus ille Iamblichus (quemadmodum in eius vita scriptum reliquimus) cum Apollinem exciente quodam Ægyptio, statim comparuisset, attonitis viso præsentibus omnibus, Desinite, inquit, sodales mei, mirari, est enim gladiatoris qui singulari certamine interiit, spectrum. Vsqueadeo aliud & diuersum planè est, animo aliquid cernere, vel fallacibus oculorum luminibus. At Iamblichus præsens malum, Antoninus futurum præuidit: quæ res & debilitatem solum quandam & ægrimoniam viro attulit, siquidem vitæ exitus placidus ipsi quidem accidit, in senectam valetudine inoffensa integram desinens, virum grauis & molestus viris cordatis ob prædictam ab eo sacrorum locorum ruinam & profanationem.

MAXIMVS.

Maximi etiam prius meminimus, quem huius com-

τῆς τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ νέος ἔτι γηραιῷ συνετετύχηκει· καὶ φωνῆς τε ἤκουσεν, οἵας ἄν τις ἤκουσε τῆς Ὁμηρικῆς Ἀθηνᾶς ἢ τοῦ Ἀπόλλωνος· τὼ δὲ πλανῶν μὲν ἦσαν αἱ τῶν ὀμμάτων κόραι· πολιὸν δὲ καθεῖτο γένειον· τὰς δὲ ὁρμὰς τῆς ψυχῆς διεδήλου τὰ ὄμματα· καὶ ἁρμονία γέ τις ἐπῆν καὶ ἀκούοντι καὶ ὁρῶντι· καὶ δι' ἀμφοῖν τῶν αἰσθήσεων ὁ συνὼν ἐπλήττετο, οὔτε τὴν ὀξυκινησίαν φέρων τῶν ὀμμάτων, οὔτε τὸν δρόμον τῶν λόγων· ἀλλ' οὐδὲ εἴ τις τῶν ἐμπειροτάτων πάνυ καὶ δεινῶν διελέγετο πρὸς αὐτὸν, ἀντιλέγειν ἐτόλμα, ἀλλ' ἡσυχῇ παραδόντες αὑτοὺς τοῖς λεγομένοις, ὥσπερ ἐκ τριπόδων, εἵποντο· τοσαύτη τις ἀφροδίτη τοῖς χείλεσιν ἐπεκάθητο. ἦν μὲν οὖν τῶν εὖ γεγονότων, καὶ πλοῦτος ἁδρότερος ὑπῆν αὐτῷ· ἀδελφοὺς δὲ εἶχε γνησίους, οὓς ἐκώλυεν εἶναι πρώτους αὐτὸς ὤν, Κλαυδιανόν τε τὸν καταλαβόντα τὴν Ἀλεξάνδρειαν, κἀκεῖ παιδεύσαντα· καὶ Νυμφιδιανὸν τὸν ἐν Σμύρνῃ περιφανῶς σοφιστεύσαντα.

mẽtarij ſcriptor vidit olim, in quem adoleſcens etiamnum ſenem incidit, loquentis vocem audiuit, qualis Homericæ Palladis aut Apollinis perhibetur: oculorum illi pupillæ erant volubiles, canam promittebat barbam, ingenij velocis vigor atque agilitas ex oculis elucebat. Mira autem aderat harmonia & conſonantia virtutum, ſiue audiretur, ſiue aſpiceretur: nam vtraq; ſenſus via percellebat commouebátque ſecum conuerſantes, dum neque volubilitatem luminum, neque curſum & flumen ſermonis ferrent; ita vt ne diſertorum quidem hominum quiſquam aut vſu peritorum, qui colloquium cum ipſo miſceret, contra hiſcere fuerit auſus; ſed cuncti tacitè dictis acquieſcentes, tanquam è tripode profectis, ductum ſequerentur: tanta viri labris venus inſidebat. Natales fuerunt illi haud obſcuri clara progenie orto, amplæ opes, fratres habuit germanos, quos antecellere primoſque eſſe paſſus non fuit, ipſe primus, nimirum Claudianum, qui Alexandriam commigrauit, ibique docuit, & Nymphidianum qui Smyrnæ cum laude profeſſus eſt.

ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος τῶν διαπλησθέντων τῆς Αἰδεσίου σοφίας. Ἰουλιανοῦ δὲ [τοῦ] βασιλεύσαντος ἠξιώθη γενέσθαι διδάσκαλος, οὗτος πάντων ἀνῃρημένων διὰ τοῦ Κωνσταντίου. ταῦτα δὲ ἐν τοῖς κατὰ Ἰουλιανὸν ἀκριβέστερον γέγραπται. καὶ ψιλωθέντος τοῦ γένους, Ἰουλιανὸς περιελείφθη μόνος δι᾽ ἡλικίαν περιφρονηθείς, καὶ πρᾳότητα· εὐνοῦχοι δὲ ὅμως αὐτὸν ἀμφεπόλευον βασιλικοί, καὶ παραφύλακές τινες ἦσαν, ὅπως εἴη Χριστιανὸς βέβαιος. ὁ δὲ καὶ πρὸς ταῦτα τὸ μέγεθος τῆς φύσεως ἀπεδείκνυτο. πάντα γοῦν οὕτω διὰ στόματος εἶχε τὰ βιβλία, ὥστε ἠγανάκτουν ἐκεῖνοι πρὸς τὴν βραχύτητα τῆς παιδείας, ὡς οὐκ ἔχοντες ὅ,τι διδάξουσι τὸ παιδίον· ὡς δὲ οὔτε ἐκεῖνοι παιδεύειν εἶχον, οὔτε Ἰουλιανὸς μανθάνειν, ἐξῄτησαν τὸν ἀνεψιὸν ἐπιτραπῆναι· οἱ καὶ ῥητορικῶν ἀκροάσασθαι καὶ φιλοσόφων λόγων· ὁ δὲ θεοῦ νεύσαντος ἐπέτρεψε, περὶ τὰ βιβλία πλανᾶσθαι βουλόμενος αὐτὸν καὶ ἀργεῖν μᾶλλον ἢ τοῦ γένους καὶ τῆς βασιλείας ὑπομιμνήσκεσθαι.

Vnus fuit eorum quos Ædesij doctrina imbuit, qui Iuliano Imp. delectus fuit magister solus, ceteris omnibus à Constantio sublatis: qua de re in Iuliano copiosius & exactius à nobis scriptum est. Decrescente autem ac deficiente Constantini progenie, solus relictus fuit Iulianus, ob ætatis teneritudinem & ingenij mollitiem despectui habitus, quanquam Eunuchi palatini ministeria illius obirent, adhibitique essent custodes, diligenter obseruaturi ne in Christiana fide vacillaret: at ille hîc ingenij vim & magnitudinem ostendit: quicquid enim librorum proferebatur, memoria complectebatur, ita vt præcocem eruditionem ægre ferre magistri viderentur, quasi non habituri quod puero instillarent, postquam nec illi quod docerent, nec Iulianus haberet quod amplius disceret, rogarunt consobrinum Constantium, vti permitteretur ei oratoriæ arti ac philosophiæ audiendis vacare, quod ille iubente Deo concessit, in libris volutari eum atque otiari potius cupiens, quam de generis successione atque imperio cogitare.

τούτου δὲ ἐπιτραπέντος αὐτῷ, πανταχοῦ βαθέων καὶ βαρυτάτων ὑποκειμένων κτημάτων μετὰ βασιλικῆς ὑπονοίας καὶ δορυφορίας ἐφοίτα, καὶ διέστειχεν ὅπη βούλοιτο. καὶ δὴ καὶ εἰς τὸ Πέργαμον ἀφικνεῖται κατὰ κλέος τῆς Αἰδεσίου σοφίας· ὁ δὲ ἤδη μὲν εἰς μακρόν τι γῆρας ἀφῖκτο, καὶ τὸ σῶμα ἔκαμνε· τῆς δὲ ὁμιλίας αὐτοῦ προεστήκεσαν καὶ ἀνὰ τοὺς πρώτους ἐφέροντο Μάξιμός τε, ὑπὲρ οὗ τάδε γράφεται, καὶ Χρυσάνθιος ὁ ἐκ Σάρδεων· Πρίσκος τε ὁ Θεσπρωτὸς ἢ Μολοσσὸς, Εὐσέβιός τε ὁ ἐκ Καρίας Μύνδου πόλεως, καὶ συνουσίας ἀξιωθεὶς τῆς Αἰδεσίου, ὁ καὶ ἐν μειρακίῳ πρεσβύτης Ἰουλιανὸς, τὴν μὲν ἀκμὴν καὶ τὸ θεοειδὲς τῆς ψυχῆς καταπλαγεὶς, οὐκ ἐβούλετο χωρίζεσθαι· ἀλλ' ὥσπερ οἱ κατὰ τὸν μῦθον [ὑπὸ] τῆς διψάδος δηχθέντες, χανδὸν καὶ ἀμυστὶ τῶν μαθημάτων ἕλκειν ἐβούλετο· καὶ δῶρά γε ἐπὶ τούτοις βασιλικὰ διέπεμπεν. ὁ δὲ οὐδὲ ταῦτα προσίετο· καὶ μετακαλέσας τὸν νεανίσκον, εἶπεν· ἀλλὰ σὺ μὲν καὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμὴν οὐκ ἀγνοεῖς τη-

Postquam itaque hoc illi indultum fuit, suppetentibus vndecunque amplissimis maximisque reditibus, cum Regali fastu satellitioque proficiscebatur, iterque faciebat quo ipsi cunque visum foret. Peruenit igitur Pergamum excitus fama summæ Ædesij doctrinæ, qui prouectam senectutem iam attigerat, corpore affecto, cuius inter præcipuos familiares ferebantur, Maximus, de quo nunc est sermo, Chrysanthius Sardianus, Priscus Thesprotius siue Molossus gente, & Eusebius Myndo Cariæ oppido oriundus. Iulianus cui senilis erat iuuentus, in familiaritatem & colloquium ab Ædesio receptus, animo qui vigebat & diuinitatem redolebat vehementer commotus, discedendum sibi non putauit, sed ad eorum morem qui à Dipsade morsi sunt (vti narratur) plenis faucibus auidè & sine interspiratione disciplinas haurire constituit, eamque ob caussam regalia ad illum munera missitauit, quæ tamen non admisit ille: reuocatoque adolescenti, Tibi, inquit, cognitus est penitius animus meus,

λιχάυταις ἀκοαῖς ἀκροώμενος· τὸ δὲ ὄργανον αὐτῆς συνορᾷς ὅπως διάκειται, τῆς συμφώσεως καὶ πήξεως διαλυομένης εἰς τὸ συντεθέν· σὺ δὲ εἴ τι καὶ δρᾶν βούλει τέκνον σοφίας ἐπήρατον· τοιαῦτα γάρ σου τὰ τῆς ψυχῆς ἰνδάλματα καταμανθάνω· πρὸς τοὺς ἐμοὺς παῖδας πορευθεὶς ὄντας γνησίους, ἐκεῖθεν ῥύδην ἐμφορέσου σοφίας ἁπάσης καὶ μαθημάτων· κἂν τύχῃς τῶν μυστηρίων, αἰσχυνθήσῃ πάντως ὅτι ἐγένου καὶ ἐκλήθης ἄνθρωπος. ἐβουλόμην μὲν οὖν παρεῖναι καὶ Μάξιμον· ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν Ἔφεσον ἔσταλται. καὶ περὶ Πρίσκον τὸ ὅμοιον διελέχθην ἄν· ἀλλὰ κἀκεῖνος ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος πέπλευκε· λοιποὶ δὲ τῶν ἐμῶν ἑταίρων Εὐσέβιός τε καὶ Χρυσάνθιος, ὧν ἀκροώμενος ἥκιστα τὸ ἐμὸν ἐνοχλήσεις [γῆρας.] ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσεν Ἰουλιανός, τοῦ φιλοσόφου μὲν οὐδ᾽ ὣς ἀφίστατο· προσέκειτο δὲ κατὰ τὸν πολὺν χρόνον Εὐσεβίῳ τε καὶ Χρυσανθίῳ. ἦν δὲ ὁ Χρυσάνθιος ὁμόψυχος Μαξίμῳ τὰ περὶ θειασμὸν συνενθουσιῶν· καὶ ὑφεῖλκεν ἑαυτὸν ἐν

qui toties docentem audieris, non nescis tameņ atque oculis cernis, vti sedes animi sit affecta, compage eius & commissura dissoluente se in id quod compositum sit. At si quid velis efficere, fac vt tu (quē amabilem sapiētię filium nomino, quod te eiusmodi è minime obscuris animi tui simulachris agnosco (genuinos meos liberos accedas, illinc satia te affatim omnigenæ eruditionis & disciplinarum succo. quod si mysteria quoque haurire cōtigerit, pudebit te omnino mortalitatis, quod natus sis, quodq; homo dicaris. Vellē equidē adesset Maximus, at is Ephesum est ablegatus : idem de Prisco dicturus essē, nisi etiam ille in Græciā abnauigasset. reliqui supersunt è meis conuictorib. quotidianis Eusebius & Chrysāthius, quos vbi audieris, minus mihi molestiarū ac negotij facesses. His auditis Iulianus ne sic quidem philosophum deseruit, maiorem tamen temporis partē Eusebio Chrysanthioque adhærere instititit. Erat autē vnanimis cū Maximo Chrysanthius, cumque eo simul in edendis mirādis rebus per diuini afflatus speciem occupatus, in disciplinis tamē liberalibus

τοῖς μαθήμασι, καὶ τὸ ἄλλο ἦθος τοιοῦτον ἔχων. Εὐσέβιος δὲ παρόντος μὲν Μαξίμου, ἀκρίβειαν τὴν ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ λόγου, καὶ τὰς διαλεκτικὰς μηχανὰς καὶ πλοκὰς ὑπέφευγε· ἀπόντος δὲ ὥσπερ ἡλιακοῦ φέγγους ἀστὴρ ἀπέλαμπε, τοσαύτη τις εὐκολία καὶ χάρις ἐπήνθει τοῖς λόγοις· καὶ ὁ Χρυσάνθιος παρὼν ἐπῄνει καὶ συνεπένευεν. ὅ,τε Ἰουλιανὸς τὸν ἄνδρα ἐσεβάζετο· προσετίθει δὲ μετὰ τὴν ἐξήγησιν ὁ Εὐσέβιος, ὡς ταῦτα εἴη τὰ ὄντως ὄντα· αἱ δὲ τὴν αἴσθησιν ἀπατῶσαι μαγγανεῖαι καὶ γοητεύουσαι, θαυματοποιῶν ἔργα, καὶ πρὸς ὑλικάς τινας δυνάμεις παραπαιόντων καὶ μεμηνότων, τοῦτο ἀκούων [τὸ] ἐπιφθέγμα πολλάκις ὁ θειότατος Ἰουλιανός, ἰδίᾳ τὸν Χρυσάνθιον ἀπολαβὼν, εἴ τι σοι μέτεστιν ἀληθείας ὦ φίλε Χρυσάνθιε, πρὸς αὐτὸν ἔφη, φράσον μοι σαφῶς, τίς ὁ ἐπίλογος οὗτος τῆς ἐξηγήσεως· ὁ δὲ βαθέως μάλα καὶ σωφρόνως ἀνενεγκὼν, ἀλλὰ [πρᾶγμα] ποιήσεις, ἔφη, σοφὸν μὲν παρ' ἐμοῦ ταῦτα, ἀλλὰ παρ' ἐκείνου πυθόμενος·

subtrahebat se, nec tantundem sibi sumebat, diuerso præditus ingenio. Eusebius vero præsente Maximo, exactam partitionem disputationis, & dialecticas captiones, nexus, & labyrinthos subterfugiebat, absente vero tanquam solari iubare, ipse veluti stella quæpiam refulgebat: tanta facilitas & gratia emicabat in verbis. Laudabat eum in præsentia Chrysanthius, & assentiebatur, neque sine stupore demirabatur viri dicta Iulianus. adiecit Eusebius ad calcem expositionis, illa esse quæ reuera existant: at imposturas, quæ sensus ludificantur ac decipiunt, præstigiatorum esse opera, & eorum qui lubricè vacillent & insana ratione declinent ad terrenas materiæque addictas artes. Hanc illius exclamationem seu epiphonema cum non semel audisset Iulianus, abductum in secretũ ab arbitris Chrysanthium rogat his verbis: Siquidem veritatis studio afficeris chare Chrysanthi, declara mihi quis iste sit epilogus & peroratio factæ expositionis. Tũ ille grauiter admodum & sapienter se reuocans, Prudenter, inquit, facies, si me præterito, ab ipso auctore ista didiceris,

καὶ μαθὼν τοῦτο ἤκουσε καὶ ἐποίησε, θεόν τινα νομίσας τὸν Χρυσάνθιον ἐπὶ τοῖς λόγοις. γενομένης δὲ τῆς συνουσίας, ὁ μὲν τὰ αὐτὰ περιέστρεφεν. ὁ δὲ Ἰουλιανὸς θαρσαλέως ἤρετο, τί τοῦτο αὐτῷ βούλεται συνεχῶς ἐπιλεγόμενον. ἐνταῦθα ὁ Εὐσέβιος τὴν ἑαυτοῦ πετάσας εὐγλωττίαν, καὶ τὸ εὔστομον ἐπὶ τὸ φράζειν ἀκώλυτον ἀφεὶς φέρεσθαι, Μάξιμος, εἶπε, τίς ἐστι τῶν πρεσβυτέρων ἀκροατῶν καὶ πολλὰ ἐκπεπαιδευμένων· οὗτος διὰ μέγεθος φύσεως καὶ [λόγων] ὑπεροχὴν, καταφρονήσας τῶν ἐν τούτοις ἀποδείξεων, ἐπὶ μανίας τινὰς ὁρμήσας, καὶ δραμὼν συνεκάλεσεν ἡμᾶς πρῴην τοὺς παρόντας εἰς τὸ Ἑκατήσιον, καὶ πολλοὺς ἔδειξεν τοὺς καθ' ἑαυτὸν μάρτυρας· ὡς δὲ ἀπηντήσαμεν καὶ τὴν θεὸν προσεκυνήσαμεν, καθῆσθε μὲν εἶπε πρὸς ἡμᾶς, ὦ φίλτατοι ἑταῖροι, καὶ τὸ μέλλον ὁρᾶτε, καὶ εἴ τι διαφέρω τῶν πολλῶν ἐγώ. τοῦτο δὲ εἰπὼν, καὶ καθεσθέντων ἡμῶν ἁπάντων, χόνδρον καθαγίσας λιβανωτοῦ, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ὅντινα δήποτε ὕμνον περι-

id quod fecit postea, Chrysanthium ob hanc admonitionem pro deo quopiam habitum magnifaciens. Vbi denuo conuenere, Eusebius eadem dicteria non destitit aspergere: Iulianus vicissim confirmato animo percunctari, quid sibi vellet repetitus toties & continue epilogus? Hic Eusebius eloquentiæ suæ retia expandens, ac suauiloquentiæ laxas immittens habenas, Maximus, inquit, vnus est è doctioribus & antiquioribus auditoribus, qui propter ingenij acumen & excellentiam, demonstrationes istas pensi non facit, animum totum appellens ad insana deliramenta, qui non ita pridem accurrens, aliquot è nobis, qui simul eramus, ad Hecates ædem conuocauit, multosque stultitię suæ citauit testes: nam cum eo ventum esset, deamque salutassemus, ille ad nos conuersus, Desidete, ait, charissimi sodales, & quod euenturum est contemplemini, vt intelligatis ecquid ego vulgo hominum promiscuo præstem. A quibus verbis cum humi consedissemus omnes, ipse emundata thuris mica, admurmuratoque apud se ad finem vsque hymno nescio quo,

αἰνῶν. εἰς τοσόνδε παρῆλθεν ἐπιδείξεως, ὥστε τὸ μὲν πρῶτον ἐμειδία τὸ ἄγαλμα, εἶτα καὶ γέλως ἦν τὸ φαινόμενον. θορυβουμένων δὲ ἡμῶν ὑπὸ τῆς ὄψεως, ἀλλὰ ταραχθήτω γε ὑμῶν ὑπὸ τούτων μηδὲ εἷς· αὐτίκα γὰρ καὶ αἱ λαμπάδες ἀνάψουσιν, ἃς ἐν ταῖν χερσὶν ἡ θεὸς φέρει· καὶ τοὺς λόγους ἔφθανε τὸ φῶς ταῖς λαμπάσι περιφλεγόμενον. ἡμεῖς μὲν οὖν τὸν θεανδρικὸν ἐκεῖνον θαυματοποιὸν πρὸς τὸ παρὸν καταπλαγέντες, ἀνεχωρήσαμεν. σὺ δὲ τούτων μηδὲν θαυμάσῃς ὥσπερ οὐδὲ ἐγώ, [τὴν] διὰ τοῦ λόγου κάθαρσιν, μέγα τι χρῆμα ὑπολαμβάνων· ὁ δὲ θειότατος Ἰουλιανὸς τοῦτο ἀκούσας, ἀλλ' ἔρρωσο εἶπε καὶ πρόσεχε τοῖς βιβλίοις, ἐμοὶ δὲ ἐμήνυσας ὃν ἐζήτουν. καὶ ταῦτα εἰπών, καὶ Χρυσανθίου καταφιλήσας τὴν κεφαλὴν, ἐπὶ τὴν Ἔφεσον ἐξώρμησε. συντυχὼν δὲ ἐκεῖ Μαξίμῳ, ἐξεκρέματό τε τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἀπρὶξ τῆς ὅλης σοφίας εἴχετο. ὁ δὲ Μάξιμος ὑφηγεῖται αὐτῷ καὶ τὸν θειότατον μετακαλέσαι Χρυσάνθιον·

eo ostentationis processit, quod deæ simulachrum renidere cœperit, siquidem is risus fuit: iamque perturbatis nobis omnibus ob spectrum, Neminem, inquit, vestrum istam ob rem commoueri volo: mox enim faces etiam quas Dea manibus tenet, inflammabuntur. Anteuertit verborum finem luminis fulgor qui faces accendit. Proinde nos præstigiatorem istum diis illudentem in præsentia demirati, discessionem fecimus: Tu vero ne quid istorum mireris, vti neque ego rem magni momenti esse iudico, propterea quod ratio nos rectius imbuerit. His auditis Iulianus ille diuinus valere eum iussit, & libris incumbere: nam sibi detectum esse quem quærebat. Quæ locutus, & Chrysanthium prius deosculatus, Ephesum iter contendit, vbi deuinctus consuetudine Maximo, ab eo totus pependit, & vniuersam viri doctrinam mordicus retinuit. Porro vix ipse Maximus doctor ac præceptor, atque ab eo euocatus eximius ille & re vera diuinus Chrysanthius,

καὶ γενόμενον οὕτως, μόλις ἤρκουν [ἄμφω] τῇ τοῦ παιδὸς ἐς τὰς μαθήσεις εὐρυχωρίᾳ. ὡς δὲ καὶ ταῦτα εἶχε καλῶς, ἀκούσας τι πλέον εἶναι κατὰ τὴν Ἑλλάδα παρὰ τῷ ταῖν θεαῖν ἱεροφάντῃ, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὀξὺς ἔδραμε. τοῦ δὲ ἱεροφάντου κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅστις ἦν τοὔνομα, οὔ μοι θέμις λέγειν. ἐτέλει γὰρ τὸν ταῦτα γράφοντα, καὶ εἰς Εὐμολπίδας ἦγε· καὶ οὗτός γε ἦν ὁ καὶ τὴν τῶν ἱερῶν καταστροφὴν, καὶ τῆς Ἑλλάδος ἀπώλειαν ἁπάσης προγνοὺς, τοῦ συγγραφέως παρόντος· καὶ φανερῶς διαμαρτυρόμενος, ὡς μετ᾽ αὐτὸν ἱεροφάντης γενήσοιτο, ᾧ μὴ θέμις ἱεροφαντικῶν ἅψασθαι θρόνων. ἐπεὶ δὲ θεοῖς ἑτέροις καθιέρωται· καὶ ὀμώμοκεν ἀρρήτους ὅρκους ἑτέρων [ἱερῶν] μὴ προστήσεσθαι. προστήσεσθαι δὲ ἔλεγεν ὅμως αὐτὸν μηδὲ Ἀθηναῖον ὄντα. καὶ εἰς τοσόνδε προνοίας ἐξικνεῖτο, ἐφ᾽ ἑαυτοῦ τὰ ἱερὰ κατασκαφήσεσθαι καὶ διαθήσεσθαι ἔφασκε· κἀκεῖνον ζῶντα ταῦτα ἐπόψεσθαι, διὰ φιλοτιμίαν περιττὴν ἀτιμαζόμενον· καὶ

potuerunt pares esse ac sufficere capacitati pueriles ingenij in perdiscendis liberalibus disciplinis. Isthic pulchre instructus, intellecto plus aliquanto latere in Græcia apud Eleusiniarum dearum antistitem, velociter illuc accurrit: nomen vero antistitis, qui tunc temporis fano præerat, fas non est mihi effari, quod huiusce libri auctorem sacrorum arcanis initiarit, atque inter Eumolpidas retulerit. Hic sacrorum interitum & cladem, totiusque Græciæ ruinam, præsente huius libri scriptore, præsciuerat, palamque testatus est illum à sua morte Antistitem fore, tametsi nefas esset Antistitis solium conscendere, quisquis alienigenis diis deuotus fuerat & initiatus, iisque sacrosancte iurarat non inseruire: aiebat tamen præsidem sacrorum futurum, quamuis Athenarum indigena non esset. Ad id vero perspicientiæ venerat ille, quod templa & sacrorum ritus sua ætate euersum profligatúmque iri prædixerat, eumque viuum huiusce cladis inspectorem fore, sed contemptum ignominiaque affectum propter nimiam obstinationem:

προτελευτήσειν γε αὐτοῦ τὴν θεραπείαν τῶν θεῶν· τὸν δὲ τῆς τιμῆς ἀποστερηθέντα, μήτε τὸν ἱεροφάντην μήτε τὸν γηραιὸν βίον ἔχειν. καὶ ταῦτα γε οὕτως. ἅμα τε γὰρ ὁ ἐκ Θεσπιῶν ἐγένετο, πατὴρ ὢν τῆς Μιθριακῆς τελετῆς. καὶ οὐκ εἰς μακρὰν πολλῶν καὶ ἀδιηγήτων ἐπικλυσθέντων κακῶν, ὧν τὰ μὲν ἐν τοῖς διεξοδικοῖς τῆς ἱστορίας εἴρηται· τὰ δέ, ἐὰν ἐπιτρέπῃ τὸ θεῖον, λεχθήσεται. ὅτε Ἀλλάριχος ἔχων τοὺς βαρβάρους διὰ τῶν πυλῶν παρῆλθεν, ὥσπερ διὰ σταδίου καὶ ἱπποκρότου πεδίου τρέχων, τοιαύτας αὐτῷ τὰς πύλας ἀπέδειξε τῆς Ἑλλάδος· ἥ τε τῶν τὸ φαιὰ ἱμάτια ἐχόντων ἀκωλύτως προσπαρεισελθόντων ἀσέβεια. καὶ ὁ τῶν ἱεροφαντικῶν θεσμῶν παραραγεὶς νόμος καὶ σύνδεσμος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς ὕστερον ἐπράχθη· καὶ ὁ λόγος διὰ τὴν πρόγνωσιν παρενέπεσε· τότε δὲ ὁ μὲν Ἰουλιανὸς τῷ θειοτάτῳ ἱεροφάντῃ συγγενόμενος, καὶ τῆς ἐκεῖθεν σοφίας ἀρυσάμενος χανδόν, ὁ μὲν ὑπὸ τὸν Κωνστάντιον

Dearúmque religionem ante ipſum deſituram, ac ſacerdotij munere priuatum, Antiſtitis nomen non habiturum, vti neque longam ſenectutem. Atque ea ita ſe habuerunt. Simul atque enim hæc fatidico ore ille, Mithriacorum ſacrorum parens & inſtitutor, prædixerat; infinitæ & inexplicabiles clades non ita multo poſt exundarunt (quas in hiſtoriæ ſpatioſis campis diffuſius narrauimus: nonnullæ etiam hic, volente Deo, dicentur) quando Alarichus cum Barbaris per Thermopylarum fauces peruaſit, non ſecus quam per apertum ſtadium, aut campum liberum & equorum decurſui patentem: Eas Græciæ anguſtias illi prodidit impia natio fuſcis vtentium veſtibus, qui nullo prohibente ſimul cum eo irruperunt, reſciſſa iam Pontificalium inſtitutorum lege atque vinculo. Ceterum obiter in præcognitionis mentionem incidimus, quanquam poſteris temporibus illa euenere. Tum temporis Iulianus diuiniſſimi antiſtitis familiari vſus colloquio, & expletus ſapientia quam affatim inde hauſerat in Conſtantium Cæſarem,

ἀπήγετο σφοδρῶς, ὡς παραβασιλεὺς ὢν εἰς τὸν καίσαρα. Μάξιμος δὲ ἦν κατὰ τὴν Ἀσίαν. Αἰδεσίου δὲ μεταλλάξαντος· πήχει δὲ ἐπὶ πᾶσαν σοφίαν αὐξόμενος, ὥστε ὁ μὲν Ἰουλιανὸς ἔτυχεν ὧν οὐκ ἐβούλετο μὲν, ἀλλ' ἠναγκάζετο. πεμφθεὶς δὲ καῖσαρ ἐπὶ Γαλατίας, οὐχ ἵνα βασιλεύῃ τῶν ἐκεῖ μόνον, ἀλλ' ἵνα ἐν τῇ βασιλείᾳ διαφθαρῇ, παρὰ δόξαν ἅπασαν ἐκ τῆς τῶν θεῶν προνοίας ἀνήνεγκεν, πάντας μὲν λανθάνων ὅτι θεραπεύει θεούς· καὶ τὸν τε Ῥῆνον ἐπεραιώθη, καὶ πάντα ὅσα ὑπὲρ ἐκεῖνον ἔθνη βάρβαρα συνελὼν καὶ δουλωσάμενος, πολλῶν ἐπιβουλῶν καὶ μηχανημάτων πλεκομένων αὐτῷ, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνων ἀναγέγραπται, τὸν ἱεροφάντην μετακαλέσας ἐκ τῆς Ἑλλάδος, καὶ σὺν ἐκείνῳ τινὰ μόνοις γνώριμα διαπραξάμενος, ἐπὶ τὴν καθαίρεσιν ἠγέρθη τῆς Κωνσταντίου τυραννίδος. ταῦτα δὲ συνῄδεσαν Ὀρειβάσιος ἐκ τοῦ Περγάμου, καί τις τῶν ἐκ Λιβύης, ἣν Ἀφρικὴν καλοῦσι Ῥωμαῖοι κατὰ τὸ πάτριον τῆς γλώτ-

vt Imperij consors magnis itineribus expeditionem mouit, qua tempestate Maximus in Græcia degebat, iam extincto Ædesio per cubitos (quòd dicitur) in omnigena doctrina incrementum capiens. Interim Iulianus non quod voluit, sed quo necessitate fuit adactus, id obtinuit nam in Galliam ablegatus, non tam vt imperium illuc agitaret, quam vt in imperio caderet morte absumptus, præter omnem expectationem, Deorum beneficio ac voluntate, vniuersa Gallia potitus est, ab omnibus ignoratus, quod deorum cultui addictus esset. Traiecit & Rhenum amnem, receptis in deditionem aut subactis interioris Germaniæ populis, sospésque varias insidias & machinationes ipsi nexas euasit, vti in eius historia perscriptum nobis est. Idem accito è Græcia antistite, postquam cum remotis arbitris nonnulla solis ipsis cognita peregerat, ad abolendam Constantij tyrannidem sese accinxit. Horum conscij fuerant soli Oribasius Pergamenus, & Euemerus Lybya (quam patria lingua Africam Romani nominãt)

τῆς, Εὐήμερος· ταῦτα δὲ πάλιν ἐν τοῖς κατὰ Ἰουλιανὸν βιβλίοις ἀκριβέστερον εἴρηται. ὡς δ' οὖν καθεῖλε τὴν τυραννίδα Κωνσταντίου, καὶ τὸν ἱεροφάντην ἀπέπεμψεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καθάπερ θεόν τινα ἀποπέμπων φανέντα, καὶ παρέχοντα ἃ ἐβούλετο· καὶ βασιλικά γε αὐτῷ δῶρα θεραπείαν συνέπεμψε πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς Ἑλλάδος ἱερῶν· τὸν Μάξιμον εὐθὺς μετεπέμψατο καὶ τὸν Χρυσάνθιον· καὶ μία γε ἦν ἐπ' ἀμφοῖν ἡ κλῆσις. τοῖς δὲ ἐπὶ τοὺς θεοὺς καταφεύγειν ἐδόκει· καὶ ἄνδρες οὕτω δραστήριοι καὶ πεῖραν ἔχοντες, καὶ συννεύοντες εἰς ταὐτὸ τὴν πεῖραν, καὶ τὴν περὶ ταῦτα ὀξυδορκίαν καὶ διάτρησιν τῆς ψυχῆς ἀνεγείραντες, καὶ συστησάμενοι, σημείοις ἐγχρίμπτουσιν ἀπηνέσι καὶ ἀγρίοις· ἐκεῖνοι ᾔδεσαν τὰ φανέντα σημεῖα. ὁ μὲν οὖν Χρυσάνθιος εὐθὺς καταπλαγεὶς, καὶ πρὸς τὴν ὄψιν ὑποπτήξας, τὴν γλῶσσαν ἐνδακὼν, οὐ μενετέον εἶπεν ἐμοὶ μόνον ἐνταῦθα ὦ Μάξιμε φίλτατε, ἀλλὰ καὶ φωλευτέον. ὁ δὲ ἀναστήσας ἑαυτὸν, ἀλλ' ἐπιλελῆσθαί μοι δοκεῖς εἶπεν ὦ Χρυσάνθιε τῆς

oriundus: quæ res in historia Iuliani tempora tangente perscripta est. Post destructam Constantij tyrannidem, dimisit Iulianus antistitem in Græciam, qui pro Deo illis illuxit, & quæ vellet pro arbitrio impertiit; addidit regalia dona, cum comitatu pro tuendis Græciæ templis sacrísque. Mox litteris euocauit Maximum pariter & Chrysanthium, in eandem sententiam conscriptis. his visum est ad Deorum opem confugere. At viri isti, vt erant industrii & in rebus experti, consilia in commune conferentes, & solertiam ingeniíque perspicaciam omnem acuentes ac coniungentes, in tristia atque atrocia prodigia incidunt: quæ cum ambo perspexissent, Chrysanthius illico perculsus vultúque deiecto exterritus, linguam mordicus comprimens, Non modo non manendum, inquit, mihi est charissime Maxime, sed quærendæ insuper latebræ. Alter ille confirmato animo, Videre, ait, mihi Chrysanthi parum esse memor doctrinæ,

παιδείας ἣν ἐπαιδεύθημεν· ὡς τὴν ἄκραν γε οὖσιν ἐλλογίμων καὶ τοῦτο πεπαιδευμένων, μὴ πάντως εἴκειν τοῖς πρώτως ἀπαντήσασιν, ἀλλ' ἐκβιάζεσθαι τὴν τοῦ θείου φύσιν ἄχρις ἂν ἐπικλίνῃ πρὸς τὸν θεραπεύοντα· Χρυσανθίου δὲ ὑπολαβόντος, ἴσως σὺ ταῦτα πράττειν εἰ δεινὸς καὶ τολμηρός· ἐγὼ δὲ τούτοις οὐκ ἂν μαχεσαίμην τοῖς σημείοις· καὶ μετὰ τοὺς λόγους ἀποχωρήσαντος, ὁ μὲν Μάξιμος ἐπέμεινεν ἅπαντα πράττων, ἕως τε ἔτυχεν ὧν ἐβούλετο καὶ κατεπεθύμει· ὁ δὲ Χρυσάνθιος ἀκινητότερος ἐπέμενεν ἀνδριάντος, τοὺς ἐξ ἀρχῆς πεπηγότας παρ' ἑαυτῷ λογισμοὺς μηδὲ κινῆσαι διανοούμενος. πάντες οὖν ἀνέθεον περὶ τὸν Μάξιμον ἤδη συνεβόαζον κατὰ τὴν Ἀσίαν· ὅσοι τε ἦσαν ἐν ἀρχαῖς, καὶ ὅσοι τούτων ἀπολήγοντο· τό τε κρεῖττον τῶν βουλευτηρίων, καὶ δῆμος ἐστενοχώρει τὰς προόδους τοῦ Μαξίμου, μετὰ βοῆς πηδῶντες. ἣν δῆμος ὅταν τινὰ θεραπεύειν ἐκ πολλοῦ μεμελέτηκεν, αἵ τε γυναῖκες περὶ τὴν γυναῖκα τῇ πλαγίᾳ θύρᾳ παρεισεχέοντο,

quam à pueris hausimus, quod prudentium virorum sit, & qui doctrinæ adiumenta quæsiuere, primis insultibus nolle omnino cedere aut succũbere, quin potius vim naturæ adferre, dum nanciscaris qui opem queat & salutem tribuere. Cum subiecisset Chrysanthius, si fortassis ille esset idoneus id præstare, ídque exequi auderet, nolle se ostentis illis repugnare, simúlque cum dicto discessit. At Maximus persistebat in proposito nihil non tentans, donec successit quod volebat ac desiderabat. Chrysanthius interim manebat statua immobilior, ne latum quidem vnguem decedere cogitans à concepta ab initio & animo infixa sententia. Cuncti itaque Asiani ad Maximum properabant, tam qui magistratum gerebant, quam qui se eo abdicarant, honoribus perfuncti, preterea Senatus primores, & vulg⁹ promiscuũ, progressuro Maximo arctabant plateas, cũ clamore exultãtes, vt fieri solet quãdo officio demereri aliquẽ studẽt: turba quoq; fœminarũ per ostiũ diuersũ ad Maximi vxorẽ infusa aditũ muniebat,

τὴν εὐδαιμονίαν θαυμάζουσαι· καὶ μεμνῆσθαι σφῶν ἀξιοῦσαι. ἡ δὲ φιλοσοφίας ἕνεκεν Μάξιμον, οὔτε γράμματα εἰδότα ἀπέφαινεν. ὁ μὲν οὖν Μάξιμος ὑπὸ τῆς Ἀσίας πάσης προσκυνούμενος, ἐπὶ τὴν συντυχίαν ᾔει τοῦ βασιλέως. Χρυσάνθιος δὲ ἔμενε κατὰ χώραν, ἐκεῖνο θεοῦ κατ' ὄναρ, ὡς πρὸς τὸν ταῦτα γράφοντα ἔλεγεν, ἐς ὕστερον εἰπόντος,

Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

ὡς δὲ καὶ [ὁ] Μάξιμος μετὰ τοσαύτης πομπείας ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ὥρμησέ τε, καὶ διὰ ταχέων εἰς αὐτὴν παρελθὼν ἐξέλαμψεν· ὅ τε γὰρ βασιλεὺς καὶ οἱ βασιλευόμενοι πάντα ἦσαν ἐπὶ Μαξίμου, νὺξ ἡμέρα διέφερεν αὐτοῖς οὐδὲν, οὕτως ὑπὲρ τῶν παρόντων ἐπὶ τοὺς θεοὺς ἅπαντα ἀνέφερεν. ἐνταῦθα ὁ μὲν Μάξιμος βαρὺς ἦν ἤδη περὶ τὰ βασίλεια, στολήν τε ἁβροτέραν ἢ κατὰ φιλόσοφον περιεχόμενος, καὶ πρὸς τὰς ἐντεύξεις ὢν χαλεπώτερος καὶ δυσχερέστερος· ὁ δὲ βασιλεὺς ἠγνόει τὰ πραττόμενα. μεταπέμψασθαι γοῦν αὐτοῖς

felicitatem eius prædicans, simulque obtestans sui vt esset memor: atque illa se ita gessit, vt maritus vix primas litteras præ ea scire videretur. Ita Maximus à cuncta Asia supplice honoratus, in congressum & colloquium Imperatoris abibat. Chrysanthius vero domi mansit, cum Deus in somnis versiculum Homericum ipsi accinuisset:

Aure Deus prona exaudit, fiduciam in ipso
Qui locat.

Postquam cum ingenti comitatu Constantinopolim Maximus appulit, breuíque illic emicuit. assidui illi aderant Imperator & Palatina officia, diei noctísque confuso discrimine: ita præsentem rerum felicitatem diis acceptam ferebant. Res deinde eo venit, quod in regia insolescere cœpit Maximus, elegantiore ac molliore quam philosophum deceret vestitu circumfusus, alloquiis morosus ac difficilis, ignaro quid rerum agereturImperatore. Placuit ergo Priscũ per litteras euocari, vrgẽte Iuliano:

σου, καὶ ἐμαρτύρει τὸ καλὸς καὶ ἀγαθὸς εἶναι. Ἰλάριον δὲ καὶ ὁ ταῦτα γράφων ἠπίστατο, ἄνδρα Βιθυνὸν μὲν τὸ γένος, Ἀθήνησι δὲ καταγηράσαντα· πρὸς δὲ τῷ καθαρῶς τῆς ἄλλης παιδείας κατὰ γραφικὴν οὕτω φιλοσοφήσαντα, ὥστε οὐκ ἐτεθνήκει ἐν ταῖς ἐκείνου χερσὶν ὁ Εὐφράνωρ· καὶ ὁ ταῦτα γράφων διὰ τοῦτο αὐτὸν εἴδεσι καλὸν ἐθαύμαζε καὶ ὑπερηγάπα. ἀλλ' ὅμως καὶ Ἰλάριος τῶν ἀπολαυσάντων τῆς κοινῆς συμφορᾶς· ἔξω μὲν εὑρεθεὶς τῶν Ἀθηνῶν· πλησίον γάρ που Κορίνθου διέτριβε· κατακοπεὶς δὲ παρὰ τῶν βαρβάρων ἅμα τοῖς οἰκέταις. καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς διεξοδικοῖς, ἐάν τῷ δαίμονι δόξῃ, γραφήσεται, οὐ τὸ καθ' ἕκαστον ἔχοντα, ἀλλὰ τὸ κοινὸν ἔχει σαφέστερον λέξεται. νυνὶ δὲ ὅσον ὑπέβαλε τὸ καθ' ἕκαστον, ἱκανῶς εἰς ἀφήγησιν εἴρηται.

insula oriundus, vir bonus & confessione illius qui probus. Hilarium quoque nouit istius scripti auctor Bithynium natione, qui Athenis consenuit, & in arte pingendi aduersus liberalium artium vacuos ita philosophatus est, vt appareat in illius manibus non esse extinctum Euphranorem. ob hoc scriptor huius operis illum admirari solebat in exprimendis hominum vultibus egregium, & singulari amore complecti. non potuit tamen publicæ calamitatis exsors esse Hilarius, qui extra Athenas deprehensus (nam proximè Corintho ruri agebat) cum familia simul obtruncatus fuit à barbaris: quæ res in opere historico, si Deo visum fuerit, fusius enarrabitur: vbi non tam singulorum hominum, quam publici euentus & acta planius explicabuntur: hic vero abunde satis expositum est, quod singularitas suggessit.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἰουλιανὸς δὲ [ὁ] ἐκ Καππαδοκίας σοφιστὴς, εἰς τοὺς Αἰδεσίου χρόνους ἤκμαζε, καὶ ἐτυράννει γε τῶν Ἀθηνῶν·

IVLIANVS.

IVLIANVS Cappadox sophista ad Ædesij tempora floruit, & regnum quoddam Athenis obtinuit:

καὶ παρ' αὐτὸν ἡ πᾶσα νεότης πανταχόθεν ἐχώρει, ῥητορικῆς ἕνεκεν τὸν ἄνδρα καὶ μεγέθους φύσεως, σεβαζόμενοι. ἦσαν μὲν γὰρ καὶ κατὰ ταυτὸν ἕτεροί τινες περιφαίνοντες τοῦ καλοῦ καὶ πρὸς τὴν ἐκείνου δόξαν διαιρόμενοι, Ἀψίνης τε ὁ ἐκ Λακεδαίμονος, δόξαν ἔχων τεχνικοῦ τινὸς καὶ Ἐπαγαθὼ καὶ τοιαύτη τινὸς ὀνομάτων χορηγία. ὁ δὲ τῷ μεγέθει τῆς φύσεως ἁπάντων κατεκράτει· καὶ τὸ ἔλαττον, μακρῷ τινι ἦν ἔλαττον. ὁμιληταὶ δὲ αὐτοῦ πολλοὶ μὲν καὶ πανταχόθεν ὡς εἰπεῖν καὶ πανταχῆ διασπαρέντες καὶ θαυμασθέντες, ὅπου τε ἱδρύθησαν· ἀπόλεκτοι δὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὅ,τε θειότατος Προαιρέσιος καὶ Ἡφαιστίων, Ἐπιφάνιός τε ὁ ἐκ Συρίας, καὶ Διόφαντος ὁ Ἀράβιος. Τουσκιανοῦ δὲ μνησθῆναι καλὸν, καὶ γὰρ οὗτος ἐκείνου μετέσχε τῆς ὁμιλίας. ἀλλὰ τούτου μὲν καὶ ἐν τοῖς κατὰ Ἰουλιανὸν ἐμνήσθημεν διεξοδικοῖς. Ἰουλιανοῦ δὲ καὶ τὴν οἰκίαν ὁ συγγραφεὺς Ἀθήνησιν ἑώρα, μικρὰν μὲν καὶ εὐτελῆ τινὰ, Ἑρμοῦ δὲ ὅμως καὶ Μουσῶν περιπνέουσαν· οὕτως ἱεροῦ τινὸς ἁγίου διέφερεν οὐδέν.

nam vniuersa vndecunque iuuentus ad eum confluebat, colens atque obseruans virum ob dicendi vim & ingenij magnitudinem. Erant eodem tempore alij nonnulli, qui honestatis amore accensi, ad illius gloriam aspirantes animos erigebant, quos inter & Apsines Lacedæmonius, professoris artium liberalium nomen adeptus, & Epagathus, & simile nominum choragium. At ille ingenij magnitudine omnes antecellebat: quique inferiores erant, magno discrimine inferiores obtinebant, Discipuli eius varij vndequaque, vt ita dicam, & quoquo gentium dispersi atque in admiratione habiti sunt, vbicunque tandem sedem delegere: præcipui nominis inter cæteros Proæresius, Hephæstion, Epiphanius Syrus, & Diophantus Arabs: Tuscianus quoque honoris caussa nominandus est: hic enim cum Iuliano familiaritatẽ coluit, cuius in historia rerũ Iuliani Imp. meminimus: quin etiã Iuliani domũ Athenis exilẽ quidem & humilẽ, sed Mercuriũ ac Musas vndiq; spirantẽ scriptor vidit: adeo nihil à sacra æde discrepabat.

Προαιρεσίῳ δὲ αὐτὴν καταλέλοιπε· καὶ εἰκόνες [καὶ] τῶν ὑπ' αὐτοῦ θαυμασθέντων ἑταίρων ἀνέκειντο· καὶ τὸ θεάτριον ἦν ξεστοῦ λίθου, τῶν δημοσίων θεάτρων εἰς μίμησιν· ἀλλὰ ἔλαττον καὶ ὅσον πρέπει οἰκίᾳ. τοσαύτη γὰρ ἦν Ἀθήνησιν ἡ στάσις τότε ἀνθρώπων καὶ νέων, καθάπερ τῆς πόλεως ἐκ τῶν παλαιῶν ἐκείνων πολέμων, τὸν ἐντὸς τείχους ἀσκούσης κίνδυνον· ὥστε οὐδεὶς ἐτόλμα τῶν σοφιστῶν δημοσίᾳ καταβὰς διαλέγεσθαι, ἀλλ' ἐν τοῖς ἰδιωτικοῖς θεάτροις ἀπολαβόντες τὰς φωνὰς αὐτῶν μειράκια ἐλέγοντο, οὐ τὸν περὶ ψυχῆς θέοντες, ἀλλὰ τὸν περὶ κρότου καὶ φωνῆς ἀγωνιζομένης. πολλῶν δὲ σιωπωμένων, τοῦτο ἀνάγκη περὶ αὐτοῦ καταβαλεῖν καὶ συνεισενεγκεῖν εἰς τὸν λόγον δεῖγμα τῆς ὅλης τοῦ ἀνδρὸς παιδείας καὶ συνέσεως· ἔτυχον μὲν γὰρ οἱ θρασύτεροι τῶν Ἀψίνου μαθητῶν ταῖς χερσὶ κρατήσαντες τοῦ Ἰουλιανοῦ κατὰ τὸν ἐμφύλιον ἐκεῖνον πόλεμον· χερσὶ δὲ βαρείαις καὶ Λακωνικαῖς χρησάμενοι, τῶν πεπονθότων περὶ τοῦ σώματος κινδυνευόντων,

quam Proæresio reliquit post mortem. visebantur illic dedicatæ familiarium, quos studiosius coluerat, effigies & signa: habebat theatrum è læui marmore, in faciem publici theatri extructum, sed minus & domicilio proportione respondens. Porro tanta erat tunc temporis factio Athenis inter ciues & adolescentes, velut ciuitate reliquiis bellorum intestinum fouente periculum, vt sophistarum nemo publice in concionem descendere fuerit ausus, sed in priuatis theatris adolescentulos sua verba excepturos adsciscebant, non de vita periclitaturi, sed de plausu vocisque certamine. Cum plerique altum agerent silentium (necesse est enim adducere & quasi deponere istud eruditionis & prudentiæ viri testimonium forte ex Apsinæ discipulis aliquot audaculi ferocioresque manus iniecerant Iuliano in ciuili isto dissidio, & qui violentis Laconicisque vsi fuerant manibus, in ius vocabant tanquam iniuriam passi, eos quos ipsi male mulctarant, & qui de vita periclitabantur.

ὥσπερ

ὥσπερ ἀδικηθέντες κατηγόρουν. ἀνεφέρετο δὲ ἐπὶ τὸν ἀνθύπατον ἡ δίκη· καὶ ὃς βαρύς τις ἦν καὶ φοβερὸς ἐνδεικνύμενος, καὶ τὸν διδάσκαλον συναρπασθῆναι κελεύει, καὶ τοὺς κατηγορηθέντας ἅπαντας δεσμώτας, ὥσπερ τοὺς ἐπὶ φόνῳ κατακεκλεισμένους· ἐῴκει δὲ ὥσπερ Ῥωμαῖος τις οὐκ εἶναι τῶν ἀπαιδεύτων, οὐδὲ τῶν ὑπ᾽ ἀγροίκῳ καὶ ἀμούσῳ τύχῃ τεθραμμένων· ὅ,τε γοῦν Ἰουλιανὸς παρῆν, οὕτως ἐπιταχθέν, καὶ ὁ Ἀψίνης συμπαρῆν, οὐκ ἐπιταχθέν, ἀλλ᾽ ὡς συνηγορήσων τοῖς κατηγορηκόσι. καὶ ἡ μὲν ἐξέτασις προύκειτο· καὶ τοῖς διώκουσιν εἴσοδος ἐδόθη. προειστήκει δὲ τῆς ἀτάκτου Σπάρτης Θεμιστοκλῆς τις Ἀθηναῖος, ὃς ἦν καὶ τῶν κακῶν αἴτιος· προπετὴς δὲ ὢν καὶ θρασύτερος, ἐς τὴν ἐπωνυμίαν ὕβριζεν. εὐθὺς μὲν οὖν ὁ ἀνθύπατος ταυρηδὸν ὑπιδὼν τὸν Ἀψίνην, σὲ δὲ τίς, εἶπεν, ἥκειν ἐκέλευσεν; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, περὶ τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις ἀγωνιῶν ἐληλύθειν· καὶ τῇ σιωπῇ κρύψαντος τὴν ἔννοιαν τοῦ ἄρχοντος, εἰσίεσαν πάλιν οἱ δεσμῶται καὶ ἠδικημένοι, καὶ ὁ διδάσκαλος

Caussæ cognitio ad Proconsulem remissa est, qui seuerum ac formidabilem se ostendens vindicem, doctorem comprehendi vincirique mandat, cum vniuerso grege eorum qui accusati fuerant, vt homicidij reos [videbatur autem Proconsul vt Romanus haud esse indoctus aut enutritus rusticana & illiberali sorte] adfuit Iulianus, quod ita iussus esset, simulque etiam Apsines, quanquam iniussus, sed patrocinaturus accusatoribus. Iam instituta erat quæstio, actoribúsque patebat introitus: & præsidebat Spartæ inordinatæ ac confusæ Themistocles quidam Atheniensis, malorum omnium auctor, qui temerarius atque animi præceps petulanter cognomine suo ferociebat. Quare Proconsul confestim torue intuitus Apsinen, Quis te, inquit, venire iussit? respondit ille se venisse anxium de periculo filiis suis comparato. Tum præside mentem suam dissimulante silentio, iterum ingressi sunt vincti & verberibus affecti, cumque iis doctor,

μετ' αὐτῶν, κόμας ἔχοντες, καὶ τὰ στόματα κεκακωμένοι λίαν, ὥστε οἰκτροὺς αὐτοὺς φανῆναι καὶ τῷ κρίναντι. δοθέντος δὲ τοῦ λόγου τοῖς κατηγοροῦσιν, ἤρξατο μὲν ὁ Ἀψίνης τοῦ λόγου· ἀλλ' ὁ ἀνθύπατος ὑπολαβὼν, ἀλλ' οὐ τοῦτό γε εἶπε Ῥωμαῖοι δοκιμάζουσιν· ἀλλ' ὁ τὴν προτέραν εἰπὼν κατηγορίαν, κινδυνευέτω περὶ τῆς δευτέρας. ἐνταῦθα παρασκευὴ μὲν οὐκ ἦν πρὸς τὴν τῆς κρίσεως ὀξύτητα· ἦν δὲ ὁ Θεμιστοκλῆς κατηγορικὸς, καὶ λέγειν ἀναγκαζόμενος· χροίαν τε ἤλλαξε καὶ τὰ χείλη διέδακνεν ἀπορούμενος· καὶ πρὸς τοὺς ἑταίρους ὑπέβλεπε καὶ παρεφθέγγετο τί πρακτέον. εἰσεληλύθεσαν γὰρ ὡς ἐπὶ τῇ συνηγορίᾳ τοῦ διδασκάλου μόνον κεκραξόμενοι καὶ βοησόμενοι. πολλῆς οὖν σιωπῆς καὶ ταραχῆς οὔσης· σιωπῆς μὲν καθ' ὅλον τὸ δικαστήριον· ταραχῆς δὲ περὶ τὸ τῶν διωκόντων μέρος· ἐλεεινόν τι παραφθεγξάμενος ὁ Ἰουλιανὸς, ἀλλ' ἐμέ γε εἰπεῖν ἔφη κέλευσον. ὁ δὲ ἀνθύπατος ἀναβοήσας, ἀλλ' οὐδεὶς ὑμῶν χεὶ τῶν ἐσκεμμένων διδασκάλων, οὐδὲ κροτήσει τις τῶν μαθητῶν τὸν λέγοντα,

coma squallidi, & corporibus male affectis, ita vt etiam iudici miserabiles viderentur. Concesso accusatoribus priore dicendi loco, incœpit Apsines: at Proconsul subiiciens, Istud, inquit, Romanis non probatur: quin is qui priorem accusationem capessit, de secunda periclitetur. Hic cecidit apparatus omnis ob iudicij præsentiam & acrimoniam: siquidem accusator Themistocles dicere coactus, vultus colorem mutauit, atque hæsitabundus momordit labra, suosque suspectans, in aurem rogauit, quid faciundum esset, venerant enim vociferaturi & clamoribus omnia impleturi, quando doctor defensionem aduersus actores comparaturus esset: Igitur alto silentio iudicum consessum tenente, & orto inter actores tumultu, Iulianus submissa & miseranda voce rogauit, vt se loqui permitteret: quando Proconsul exclamans, Nemo, inquit, è vobis doctoribus, qui meditati venistis, in manus sumet istud negotium, neque discipulorum quisquam dicenti

ἀλλ' εἴσεσθέ γε αὐτίκα ἡλίκον ἐστὶ καὶ οἷον τὸ παρὰ Ῥωμαίοις δίκαιον· ἀλλὰ Θεμιστοκλῆς μὲν περαινέτω τὴν κατηγορίαν· ἀπολογείσθω δὲ ὃν ἂν σὺ ἀποκρίνῃς ἄριστον. ἐνταῦθα κατηγόρει μὲν οὐδείς· ἀλλὰ Θεμιστοκλῆς ὀνόματος ἦν ὕβρεις, ἀπολογεῖσθαι δὲ πρὸς τὴν προτέραν κατηγορίαν ὡς ἐκέλευσε τὸν δυνάμενον, ὁ σοφιστὴς Ἰουλιανὸς, σὺ μὲν εἶπεν ἀνθύπατε διὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ δικαίου πεποίηκας Πυθαγόραν Ἀψίνην βραδέως τὸ σιωπᾶν, ἀλλ' ὅμως δικαίως μαθόντα· ὁ δὲ πάλαι, τοῦτο γὰρ αὐτὸς καταμανθάνεις· καὶ τοὺς ἑταίρους πυθαγορίζειν καὶ σιωπᾶν ἐδίδαξεν· εἰ δὲ ἀπολογεῖσθαι κελεύεις, τῶν ἐμῶν ἑταίρων τινὰ κέλευσον ἀπολυθῆναι τῶν δεσμῶν, Προαιρέσιον· καὶ δοκιμάσεις αὐτὸς πότερον ἀττικίζειν ἢ πυθαγορίζειν πεπαίδευται. ὡς δὲ ταῦτα ἐπέτρεψε καὶ ἅμα εὐκόλως· ταῦτα δὲ πρὸς τὸν συγγραφέα Τυσκιανὸς ἐξήγγελλε παρὼν τῇ κρίσει· καὶ εἴσω τῶν κατηγορουμένων παρῆλθον εἰς μέσους Προαιρέσιος ἄδεσμος, ἐμβοήσαντος αὐτῷ τοῦ διδασκάλου

plaudet, moxque scietis cuiusmodi & quam sanctum ius apud Romanos obseruetur: proinde Themistocles accusationem absoluat & perficiat: quem vero tu optimum defensorem iudicaris, apologiam instituat. Hic nemo oblocutus fuit, sed Themistoclis nomen erat dicteriis, ludibrióque expositum. Iulianus vero sophista contra priorem accusationem (vt Præses iusserat) propugnator ac defensor, Tu inquit, ô Proconsul eximia & præstanti tua æquitate effecisti, vt Pythagoras Apsines serius conticuerit, quamuis id summo iure olim didicisse par sit, qui nimirum suos Pythagorismum & taciturnitatem docuerit: quin si defensionem iubes institui, præcipe meorum è numero vinculis eximi Proæresium, tuque ipse æstima, Atticismum an Pythagorismum magis à puero sit edoctus. Postquam hoc indulsit Proconsul & quidem comiter ac benigne (vti Tuscianus, qui iudicio interfuit, huius commentarij scriptori liquide narrauit) mox inter delatos Proæresius in medium processit, vinculis absolutus, doctore plena atque

σφοδρόν τε καὶ διάτονον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν στεφανιτῶν οἱ παρακελευόμενοι καὶ προτρέποντες· ἐμβοήσαντες δὲ ὀξέως τό, Λέγε Προαιρέσιε, νῦν καιρὸς τοῦ λέγειν. ὁ μὲν προοίμιόν τι ἔφη· οὐ γὰρ ἠπίστατό γε αὐτὸ Τουσκιανός· τὸ δὲ νοῦν ἔφραζεν. ἐξελιώδηκεν εἴς τε οἰκτὸν ὧν ἐπεπόνθεσαν ῥέπον· καὶ μεμιγμένον τινὰ εἶχε τὸ προοίμιον ἔπαινον τοῦ διδασκάλου· καί που καὶ διαλέξεως μιᾶς διαβολή τις ἐγκατεσπείρετο τῷ προοιμίῳ, προπέτειαν ἐμφαίνουσα τῆς ἀνθυπατικῆς ἀρχῆς, ὡς οὐ προσῆκον αὐτοῖς οὐδὲ μετὰ τοὺς ἐλέγχους τοιαῦτα ὑποστῆναι καὶ παθεῖν. κάτω δὲ τοῦ ἀνθυπάτου νεύοντος, καὶ τόν τε νοῦν τῶν λεγομένων καταπεπληγμένου, καὶ τὸ βάθος τῶν λέξεων, καὶ τὴν εὐκολίαν καὶ τὸν κρότον [καὶ] πάντων μὲν βουλομένων ἐπαινεῖν, καταπληξάντων δὲ ὥσπερ διοσημίαν, καὶ σιωπῆς κατακεχυμένης μυστηριώδους, εἰς δεύτερον προοίμιον ὁ Προαιρέσιος ἐντείνων τὸν λόγον, τοῦτο γὰρ ἐμέμνητο Τουσκιανός, ἐνθένδε ἤρξατο. εἰ μὲν οὖν ἔξεστι καὶ ἀδικεῖν ἅπαντα καὶ κατηγορεῖν,

contenta voce, quali vtuntur qui athletas ad certamen animant atque excitant, altum proclamante, Age dic Proæresi, nunc dicendi tempus est. Tum ille procemium præfatus fuit [cuius memoriam non retinuerat Tuscianus, sententiam tamen recensebat]. quod ad commiserationem eorum quæ sustinuerant tendebat, coniunctam habens præceptoris laudem, aspersa quoque erat reprehensio nescio quæ dicti vnius siue sententiæ, qua temeritatem Proconsularis imperij demõstrauit, quodque iniquum esset ipsos post habitam quæstionem talia subire & pati. Demisit caput Proconsul, & attonitus dictorum sententiam & pondus atque acumen obstupuit, præterea morum & comitatem, & aptam manuum plausionem, tum paratis omnibus eum collaudare, sed interdictum proconsulare non aliter quam Iouis fulmen verentibus, ac mystico quodam silentio perfusis, Proæresius alterum orditur procemium, cuius istud initium memoriter mihi narrauit Tuscianus. Siquidem igitur impune iniuriam licet inferre ac calumniari,

καὶ λέγοντα πιστεύεσθαι πρὸ τῆς ἀπολογίας, ἔστω, γινέσθω Θεμιστοκλέους ἡ πόλις. ἐνταῦθα ἀνά τε ἐπήδησεν ὁ ἀνθύπατος ἐκ τοῦ θρόνου, καὶ τὴν περιπόρφυρον ἀνασείων ἐσθῆτα, τήβεννον αὐτὴν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, ὥσπερ μειράκιον ὁ βαρὺς ἐκεῖνος καὶ ἀμείλικτος, ἐκρότει τὸν Προαιρέσιον· συνεκρότει δὲ ὁ Ἀψίνης, οὔτι ἑκών, ἀλλὰ ἀνάγκης βιαιότερον οὐδέν. ὁ διδάσκαλος Ἰουλιανὸς [ἐδακρυεμόνον· ὁ δὲ ἀνθύπατος τὸ μὲν διωκόμενον] μέρος ἐξελθεῖν κελεύσας· τοῦ δὲ διώκοντος τὸν διδάσκαλον μόνον. εἶτα ἀπολαβὼν τὸν Θεμιστοκλέα καὶ τοὺς Λάκωνας, τῶν ἐν Λακεδαιμονίᾳ μαστίγων ὑπέμνησε, προσθεὶς αὐτοῖς καὶ τῶν Ἀθηναίων· εὐδοκιμῶν δὲ καὶ αὐτὸς ἄγαν· καὶ δὴ τῶν ὁμιλητῶν Ἀθήνησιν ἐτελεύτα μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τοῖς ἑαυτοῦ παραδέδωκεν ἑταίροις.

fidémque dictis acquirere vel ante dictam caussam, esto, sit ista Themistoclis ciuitas. Ad quod verbum repente à sede sua prosiluit Proconsul, purpureámque togam [Romani trabeam vocant] excutiens, iuuenis ad morem, grauis ille & inexorabilis iudex Proæresium plausu excepit, simulque etiam Apsines, at non spontis suæ: sed quid necessitate violentius aut fortius? Iuliano doctore partem turbæ egredi iubente, actore solum ipsum, tum assumptis Themistocle & Laconibus illis, Proæresius reduxit iis in memoriam flagellationes Lacedæmoniis vsitatas, addens & istas Atheniensium. Porro ipse inter discipulos splendidum consecutus nomen Athenis diem obiit, familiaribúsque suis magnum certamen in laudando funere reliquit.

ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΟΣ.

Περὶ Προαιρεσίου καὶ προλαβοῦσιν, ἱκανῶς εἴρηται, καὶ ἐν τοῖς ἱστορικοῖς κατὰ τὴν ἐξήγησιν

PROÆRESIVS.

De Proæresio abunde satis in superioribus diximus, & fusius in historicis

ὑπομνήμασι. καὶ νῦν δὲ ἐπῆλθεν [καιρὸς] εἰς τὸ ἀκριβέστερον, εἰδότι σαφῶς καὶ ἀξιωθέντι τῆς ἐκείνου γλώττης καὶ ὁμιλίας· καὶ ταῦτά γε εἰς πάνυ μεγάλα καὶ οὐρανομήκη πρὸς χάριν εἴ τις διδάσκαλος. ἀλλ' ὅμως πολλῷ τινι καὶ μακρῷ τῆς εἰς τὸν συγγραφέα φιλίας ἐφεστήκασιν αἱ τοσαῦται καὶ ἀδιήγητοι χάριτες· διέβαινε μὲν γὰρ ὁ ταῦτα συνθεὶς ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην καὶ Ἀθήνας, πλῶν εἰς ἕκτον καὶ δέκατον ἔτος· καὶ περὶ τὴν ἡλικίαν ταύτην οὔλη τε ἦν αὐτῷ καὶ ἄγαν συνεχὴς ἡ κόμη, καὶ διὰ πλῆθος πολιῶν τριχῶν ἀφριζούσῃ θαλάσσῃ προσεμφερὴς καὶ ὑπαργυρίζουσα· ὁ δὲ Προαιρέσιος προσεληλύθει μὲν ἐπὶ τὸ ἕβδομον ἐπὶ τοῖς ὀγδοήκοντα ἔτεσιν, ὡς αὐτὸς ἔλεγεν. ἤκμαζε δὲ οὕτω τὰ εἰς λόγους τῇ νεότητί τε τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα κεκμηκὸς συνηγείρετο· ὥστε ὁ ταῦτα συγγράφων ἀγήρων τινὰ καὶ ἀθάνατον αὐτὸν ἐνόμιζε, καὶ προσεῖχεν ὥσπερ αὐτοκλήτῳ καὶ ἄνευ πραγματείας φανέντι θεῷ· καί τοι γε ἦν ἔχων εἰς τὸν Πειραιᾶ περὶ πρώτην

commentariis: at nunc quoque exactius differere cupido incessit, vt qui plenè eum cognorim, ad consuetudinem & colloquium eius admissus. Eloquentia viri & in differendo præstantia permagna est & fama super æthera nota: neque vero loquor ad gratiam præceptoris, tametsi inenarrabilis beneficiorum cumulus cum longa & perampla amicitia scriptorem illi deuinxerit. Is scriptor ex Asia in Europam traiecerat & circa decimum sextum ætatis annum Athenas appulerat, qua ætate crispum habebat & spissum capillitium, & propter canos, qui frequentes inspersi erant, argenti instar albicans, ac spumanti æquori assimile. Tum vero Proæresius ad septimum supra octogesimum annum accesserat, vt ipse prædicabat: Facultate orationis pollebat ille, corpusque affectum iuuenta animi vigebat & sustentabatur, vsqueadeo vt huius libri scriptor eum senij exsortem & immortalem quempiam existimarit, & tanquam Deo vltro inuitanti, & qui citra negotiũ sibi apparuisset, adhæserit. Hic appulerat in Piræum portum circa pri-

φυλακήν, ἐπὶ πυρετῷ λάβρῳ κατὰ πλοῦν γενομένων· καὶ πολλοί τινες ἄλλοι κατὰ γένος αὐτῷ προσήκοντες συνεισαπεπλεύκεσαν. καὶ περὶ τὴν ὥραν ἐκείνην πρίν τι γενέσθαι τῶν εἰωθότων· τὸ γὰρ πλοῖον ἦν τῶν Ἀθήνηθεν· καὶ περὶ τὰς κατάρσεις οὐκ ὀλίγοι τινὲς ἐναυλόχουν ἀεὶ τῶν εἰς ἕκαστον διδασκαλεῖον μεμηνότων, ὁ ναύκληρος εἰς Ἀθήνας συνέτεινε, τῶν μὲν ἄλλων βαδιζόντων· ὁ δὲ βαδίζειν ἀδυνάτως ἔχων, ὁ μὲν ἐκ διαδοχῆς ἀνεχόμενος, ἀνεκομίσθη πρὸς τὴν πόλιν. ἦν τε νυκτὸς τὸ σταθερώτατον, ἡνίκα ἥλιος μακροτέρας ποιεῖ τὴν νύκτα γινόμενος νοτιώτερος· ἐπεβεβήκει γὰρ τοῦ ζυγοῦ, καὶ τὰ νυκτερεῖα ἔμελλε. καὶ ὁ Ναύκληρος ὤν που καὶ ξένος Προαιρεσίου παλαιὸς, τοσοῦτον ὄχλον ὁμιλητῶν, ἀράξας τὴν θύραν, εἰσήγαγεν εἰς τὴν οἰκίαν, ὥστε ἡνίκα πόλεμοί τινες ἐγίνοντο περὶ ἑνὸς μειρακίου καὶ δυοῖν πλήρωμα διατελοῦς ὅλους σοφιστικῆς τοὺς ἐληλυθότας φαίνεσθαι. τούτων οἱ μὲν εἰς σώματος ἀλκὴν ἐτέθηλον, οἱ δὲ εἰς πλοῦτον ἦσαν ἀκρότατοι·

mam noctis vigiliam, inter nauigandum febre vehementi correptus: aderant nauigationis socij non pauci è propinquis ac necessariis. Circa illud noctis tempus, antequam aliquid è consuetis ministeriis fieret, nauclerus (erat enim Attici ciuis propria nauis, & multi ex his qui in hunc quam illum litterarium ludum studio propensiore feruntur, in portu stabant, iuxta pilam quâ fit descensio) recta Athenas contendit, ceteris vectoribus vna euntibus: ipse scriptor pedibus insistere inualidus, per manus sublatus in vrbem deportatur. erat iam nox concubia, quo tempore sol ad austrinam plagam inclinatior longiorem facit noctem, quippe qui Libram subierat, nocturnæque vigiliæ protractiores erant. Nauiculator vetus olim Proæresij hospes, pulsis foribus, tantam comitum turbam domum illius inuexit sicuti fit vbi de adolescente vno aut altero bellum oritur) vt ea turba aduenarum totum sophistarum gymnasium expletura videretur: horum alij corporis robur colligebant, alij in opibus delitiabantur.

τὸ δὲ εἶχεν ἀνὰ μέσον. ὁ δὲ συγγραφεὺς νέος ὢν διακείμενος, τὰ πλεῖστα τῶν ἀρχαίων ἐπὶ στόματος εἶχε μόνον βιβλία. εὐθὺς μὲν οὖν χαρμονή τε ἦν περὶ τὴν οἰκίαν καὶ διαδρομαί τινες ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν· καὶ οἱ μὲν ἐγέλων, οἱ δὲ ἐχλεύαζον. ὁ δὲ Προαιρέσιος συγγενεῖς ἰδίους κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην μεταπεμψάμενος, παραλαβεῖν τοὺς ἥκοντας κελεύει. ἦν δὲ αὐτὸς τῆς Ἀρμενίας, ὅσον ἐστὶν Ἀρμενίας Πέρσαις εἰς τὰ βαθύτατα συνημμένον, [καὶ] Ἀνατόλιος οὗτοι καὶ Μάξιμος ἐκαλοῦντο· καὶ οἱ μὲν ἀπεδέξαντο τοὺς ἥκοντας καὶ ἦσαν εἰς γειτόνων, καὶ περὶ τὰ λουτρὰ μετὰ πάσης ἐπιδείξεως, ἡ τότε νεότης, ἐς αὐτοὺς ἀπεδείκνυντο, καὶ χλευασίαι καὶ γέλωτα· καὶ οἱ μὲν τοῦτον ποτὲ ἀπηλλάγησαν ἅπαξ λουσάμενοι. ὁ δὲ συγγραφεὺς ἐντείναντος αὐτῷ τοῦ νοσήματος, διεφθείρετο, μήτε Προαιρέσιον, μήτε τὰς Ἀθήνας ἰδών, ἀλλὰ ὀνειρῶξαι δοκῶν ἐκεῖνα ὧν ἐπεθύμησεν· οἱ δὲ ὁμοεθνεῖς καὶ ἐκ Λυδίας βαρέως ἔφερον· καὶ ὥσπερ τοῖς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀπιοῦσιν ἐπὶ τὸ πλέον ἅπαντες εἰώθασι χαρίζεσθαι,

pleraque pars medio loco erant: at ſcriptori qui graui conflictabatur morbo, veterum ſcripta ſolum in labris verſabantur. Itaque domus lætitia perſtrepere, viri pariter ac fœminæ vltro citroque diſcurſare, hi riſum edere, illi ſalibus iociſque indulgere. Ea hora Proæreſius conſanguineos ſuos Anatolium & Maximum ad ſe euocatos iubet aduenas excipere (erat autem ipſe ex Armenia interiore, qua Perſarum regioni eſt contigua, oriundus) qui vt habitabant in vicinia, mox imperata facere & hoſpites excipere: at iuuentus in balneo cum omni oſtentatione hilaritatis in ſales riſuſque ſoluebatur, lotique ſemel abibant: ſed ſcriptor animi ęger gliſcente vi morbi conſumebatur interim, quod nec Proæreſii nec vrbis aſpectu frui poſſet, quaſi per ſomnium ea cernere, quorum tenebatur deſiderio, viſus. Interea gentiles eius è Lydia oriundi moleſte id ferre, & [ſicuti ſolemus plerique omnes aliquanto eſſe æquiores adoleſcentiam ætatis florem ineuntibus]

πολλά τινα καὶ μεγάλα περὶ αὐτοῦ καταψευσάμενοι καὶ συμφορήσαντες ἐτερατεύσαντο· καὶ πένθος κατεῖχε τὴν πόλιν παράλογον, ὡς ἂν ἐπὶ μεγάλῃ συμφορᾷ. Αἰσχίνης δέ τις οὐκ Ἀθηναῖος, ἀλλὰ ἡ Χῖος ἦν αὐτῷ πατρὶς, πολλοὺς ἀνῃρηκὼς οὐχ ὅσοις ἐπηγγείλατο θεραπεύειν, ἀλλὰ καὶ ὅστις εἶδε μόνον, εἰς μέσους ἀναβοήσας τοὺς πενθοῦντας, ὡς μετὰ ταῦτα ἐγένετο φανερὸν, ἀλλὰ συγχωρήσατέ γε εἶπε τῷ νεκρῷ [μὲν] με δοῦναι φάρμακον· οἱ δὲ συνεχώρησαν Αἰσχίνῃ διαφθεῖραι καὶ τοὺς ἀπολωλότας. ὁ δὲ ὅτι μὲν ἐνέχεεν ὀργάνοις τισὶ τὸ στόμα διαστήσας, μετὰ ταῦτα ἐξεῖπε καὶ ὁ θεὸς πολλοῖς ὕστερον ἐμαρτύρησε χρόνοις. ἐμβαλὼν δὲ ὅμως, τοῦ μὲν ἡ γαστὴρ ἀθρόως ἀπελυμάνθη· καὶ τὸν ἀέρα εἶδε, καὶ ἐπέγνω τοὺς οἰκείους. ὁ δὲ Αἰσχίνης ἐνὶ τούτῳ γε συνθάψας τὰ προηγημένα τῶν ἁμαρτημάτων, ὑπό τε τοῦ σωθέντος προσεκυνεῖτο, καὶ τῶν ἡδομένων ὅτι σέσωσται. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ πράξει πάντων σεβαζομένων αὐτὸν, εἰς τὴν Χίον ἀπῇρε·

multa & ingentia de eo mētientes atque in vnum conferentes, prodigiose fingebant, ita vt præter modum tota ciuitas in luctu esset, tanquam insigni calamitate afflicta. Cæterum Æschines quidam non Athenis, sed Chio patria ortus, qui multos peremerat, non modo quos curaturum se promiserat, sed & quos tantum viderat in medio lamentantium (vti postea apparuit) cœtu vociferans, flagitabat vt sibi permitterent medicam potionem mortuo exhibere. sic illi indulsere, vt depositum ac morti vicinum interimeret. Itaque postquam instrumentis quibusdam diducto oris hiatu infudisset pharmacum, loqui ille cœpit, multísque retro annis diuino nutu res fidem inuenit: siquidem mox ab immisso medicamento, aluus soluta subito excrementa e iecit, apertísque oculis cælum aspexit, & domesticos agnouit. Ita Æschines priora errata vno facto sepeliuit atque obliterauit: & cū ab eo quē morti eripuerat, tum ab illis qui incolumitate eius gaudebāt, honoribus diuinis decoratus fuit, & in magna hominū expectatione ob istud factū habitus in Chiū traiecit.

πλὴν ὅσα γε παραμείνας εἰς ῥῶσιν τοῦ σώματος προσεδεδώκει πάλιν τῆς δυνάμεως τοῦ φαρμάκου. καὶ τότε συνῆλθεν ἀκριβῶς ὁ σωθεὶς τῷ σώσαντι. ὁ δὲ θειότατος Προαιρέσιος οὔπω τὸν συγγραφέα τεθεαμένος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὅσον οὐκ ἤδη κατοδυρόμενος, ὡς ἐπύθετο τὴν ἄλογον ταύτην καὶ ἀνέλπιστον σωτηρίαν, μετακαλέσας τοὺς κρατίστους καὶ γνησιωτάτους τῶν ὁμιλητῶν, καὶ παρ' οἷς ἐπῄνει τὸ χειρῶν ἀρετῆς ἔργον, πέπονθά τι πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ἐπὶ τῷ σωθέντι παιδίῳ, καίτοι γε οὔπω τεθεαμένος, ἀλλ' ὅμως ἔπαθον ἡνίκα ἀπώλυτο. εἴ τι δὴ βούλεσθε χαρίσασθαί μοι τῷ δημοσίῳ λουτρῷ τοῦτον καθήρατε πάσης χλευασίας φεισάμενοι καὶ παιδιᾶς, ὥσπερ ἐμόν τινα παῖδα φαιδρύντες· καὶ ταῦτα μὲν ἔσχεν οὕτως· καὶ ἀκριβέστερον ἐν τοῖς κατ' ἐκεῖνον χρόνοις λέξεται. ὅμως δὲ ὁ συγγραφεὺς ὁμολογῶν τὰ ἐς αὐτὸν θεοῦ τινος προνοίας τετυχηκέναι ἐκ τῆς Προαιρεσίου σπουδῆς, οὐδὲν εἰς τὸ καθόλου περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀποστήσεται τῆς ἀληθείας,

manens tantisper dum obducta vi pharmaci corporis vires recollegisset: qui tunc cum suo conseruatore sospes firmam amicitiam coluit. Porro diuinus ille Proæresius qui scriptorem historiæ nunquam viderat, vicem tamen eius deplorarat antea, postquam de insperata atque incredibili salute certior factus est, conuocatis ad se præcipui nominis & eruditionis discipulis, laudare apud eos instituit opus virtutis & præstantiæ manuum. Equidem videor mihi, inquit, accepisse beneficium restituta huic adolescenti incolumitate, quem tamen nondum oculis sum intuitus: vehementerque fui commotus quum ita contabesceret. quod si gratificari mihi velitis, publico eum balneo expiate, dicteriis salibusque parcentes, proque filio meo habete. Hæc ita actitata fuere, deque his diligentius in Annalium historia dicetur, quanquam scriptor iste ea omnia quæ sibi Proæresii studio acciderunt, diuino nutu euenisse profitetur, neque tamen quicquam de recto deflectet, quod ad virum illum attinet.

εἶναι πεπηγὼς ὁ Πλάτωνος λόγος· ὡς ἀλήθεια πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς, πάντων δὲ ἀνθρώποις ἡγεῖται· Προαιρεσίῳ δὲ, φερέσθω γὰρ ἐπ᾽ αὐτὸν ὁ λόγος, τὸ μὲν κάλλος ἦν τοῦ σώματος τοιοῦτον, καί τοι γηραιὸς ἦν, ὥστε ἀπορεῖν τε εἴ τις ἐφ᾽ ἡλικίας οὕτω γέγονε καλὸς καὶ θαυμάζειν τὴν τοῦ κάλλους δύναμιν, ὅτι πρὸς τοσοῦτον σῶμα διὰ πάντων εἰς τὴν ἀρίστην πλάσιν ἐξήρκεσε· τὸ δὲ μέγεθος ἦν ἡλίκον αὖ τις οὐ πιστεύσειεν, ἀλλὰ εἰκάσειε μόλις· ἀνεστηκέναι γὰρ εἰς ἕνα τὸν πόδα κατεφαίνετο, ὥστε κολοσσὸς, ἐδόκει παρὰ τοῖς μεγίστοις ὁρώμενος τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν ἀνθρώπων. νέον δὲ αὐτὸν ἐξ Ἀρμενίας ἀναστήσαντος τοῦ δαίμονος, καὶ πρὸς τὴν Ἀντιόχειαν διαβάλλοντος, οὐ γὰρ ἐπεθύμησεν εὐθὺς τῶν Ἀθηνῶν, ὑπό τε ἐνδείᾳ παραλύσει τῶν χρημάτων· γενναῖος γὰρ ἄνωθεν καλῶς, τοῦτο ἠτύχει· καὶ πρὸς τὸν Οὐλπιανὸν κρατοῦντα τῆς Ἀντιοχείας ἐπὶ λόγοις ὠσθεὶς, καὶ παρελθὼν εὐθὺς ἀνὰ τοὺς πρώτους ἦν. καὶ χρόνον οὐκ ὀλίγον ὁμιλήσας ἐκείνῳ, συνέτεινεν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας καὶ τὸν Ἰουλιανὸν σφοδρῶς. καὶ πάλιν Ἀθήνησι πρῶτος ἦν.

Certum est illud Platonis & oraculare dictum, Veritatẽ apud deos pariter & homines omnis boni ducem esse. Formæ elegantia (vt ad illũ redeat oratio) tãta erat Proæresio, licet seni, vt dubitem an alius quispiam simili in ætate fuerit perinde speciosus: mirérque formæ nitorem vsquequaque sufficere potuisse in tam procero corpore ad optimam corporis formaturam. Maiore fuit statura quam quis credat, imo ne coniiciat quidem facile: vno nanque pede ceteris altior extabat, colossum mentitus, & inter procerissimos quosque sui temporis eminens. Fors fortuna cõpulit illũ in iuuenili ætate Armenia excedere, atque Antiochiam transtulit (nam Athenas recta non appetiit, quod rei pecuniariæ inopia destitutus fuerit, ea in re infelix, honesto alioqui loco natus) vbi ad Vlpianum rhetoricæ artis professione nobilem diuertens, mox inter primos habitus fuit: neque diu illic cõmoratus, Athenas ad Iulianum auide & quasi contẽto cursu petiit: vbi secundo facile princeps euasit.

Ἡφαιστίων δὲ αὐτῷ συνείπετο. φιλοῦντες μὲν ἀλλήλους ἄμφω καὶ πάνυ, φιλονεικοῦντες δὲ ἀλλήλοις εἰς πενίαν, καὶ περὶ τῶν ἐν λόγοις πρωτείων. ἓν γοῦν αὐτοῖς ὑφειλὸ ἱμάτιον καὶ τριβώνιον. καὶ πλέον οὐδέν· καὶ στρώματα τρία που ἢ τέτταρα, τὴν οἴκοθεν βαφὴν μετὰ τῆς παχύτητος διὰ χρόνον ἀπαγορεύοντα· περιῆν οὖν αὐτοῖς ἑνί τε ἀνθρώπων καὶ δυεῖν εἶναι, ὥσπερ τὸν Γηρυόνην οἱ μῦθοι φασὶν ἐκ τριῶν συντεθῆναι· κἀκεῖνοι δύο τε ἦσαν καὶ εἷς· Προαιρεσίου μὲν γὰρ δημοσίᾳ φανέντος, Ἡφαιστίων ἦν ἀφανὴς ἐν τοῖς στρώμασι κατακείμενος καὶ συνασκῶν ἑαυτὸν περὶ τοὺς λόγους· ταῦτα δὲ καὶ Προαιρεσίῳ συνέβαινεν Ἡφαιστίωνος φανέντος, τοσαύτη τις εἶχεν αὐτοὺς ἔνδεια. ἀλλ' ὅμως Ἰουλιανὸς ἐπὶ τὸν Προαιρέσιον ἐπέκλινε τὴν ψυχήν, καὶ πρὸς ἐκεῖνον αὐτῷ τὰ ὦτα ἀνειστήκει, καὶ τὸ μέγεθος κατεδείμαινε τῆς φύσεως· ὡς δὲ ἀπελθόντος Ἰουλιανοῦ τὰς Ἀθήνας εἶχεν ἔρως τῆς διαδοχῆς τῶν ἐπὶ τοῖς λόγοις πλεονεκτημάτων,

sequente eum Hephæstione: mutuum enim hi duo se amabant, ambitione tamen egestatis inter se æmuli, vt & de eloquentiæ principatu. Erat vtrique penula, præterea nihil, & tria quatuórve stragula, quæ cum domestica tinctura crassitiem facile testabantur præ vetustate: superabat igitur hoc illis, quod & bini essent & vnus, quomodo tricorporem fabulæ Geryonem loquuntur, ita & illi duo erant pariter & vnus: nam Proæresio in publicum prodeunte, Hephæstion delitescebat domi stragulis inuolutus, seque in dicendo exercens: idem Proæresio vsuueniebat, egrediente in publicum Hephæstione, tanta vterque egestate premebatur. Iulianus tamen animum in Proæresium magis inclinarat, illi aures arrigebat, illius magnitudinem ingenij stupebat. quo extincto postquam ciuitas Athenarum incensa fuit studio deligendi successorem, qui in docẽdo prærogatiuã referret, plurimi docendæ Sophistices munus ambientes, nomen suũ professi sunt:

παραγγέλλουσι μὲν ἐπὶ τῷ κράτει τῆς σοφιστικῆς πολλοὶ καὶ ἄλλοι,

ὥστε ὄχλος ἦν καὶ ταῦτα γράφειν. χειροτονοῦνται δὲ δοκιμασθέντες ἁπάσαις κρίσεσι, Προαιρέσιός τε καὶ Ἡφαιστίων καὶ Ἐπιφάνιος, καὶ Διόφαντος· καὶ Σώπολις ἐκ τῆς παραβύστου, καὶ παρημελημένης εἰς τὸν ἀριθμὸν ἐνδείας, καὶ Παρνάσιός τις ἐκ τῆς ἀτελεστέρας. ἔδει γὰρ [πολλοὺς εἶναι] κατὰ τὸν νόμον τὸν Ῥωμαϊκὸν Ἀθήνησι, τοὺς μὲν λέγοντας, τοὺς δὲ ἀκούοντας. χειροτονηθέντων δὲ τούτων, οἱ μὲν ἀτελέστεροι τὸ ὄνομα εἶχον, καὶ μέχρι τῶν σανίδων ἦν τὸ κράτος καὶ τοῦ βήματος ἐφ' ὃ παρήεσαν. ἐς δὲ τοὺς δυνατωτέρους ἡ πόλις εὐθὺς διῄρητο· καὶ οὐχ ἡ πόλις μόνη, ἀλλὰ τὰ ὑπὸ Ῥωμαίοις ἔθνη· καὶ περὶ λόγων οὐκ ἦν αὐτοῖς ἡ στάσις, ἀλλ' ὑπὲρ ἐθνῶν ὅλων ἐπὶ τοῖς λόγοις. ἡ μὲν γὰρ ἑῴα, καθάπερ τι γέρας Ἐπιφανίῳ σαφῶς ἐξῄρητο· τὴν δὲ Ἀραβίαν εἰλήχει Διόφαντος. Ἡφαιστίων δὲ καταδείσας Προαιρέσιον, ἀπῆλθεν ἐξ Ἀθηνῶν τε καὶ ἀνθρώπων. Προαιρεσίῳ δὲ ὁ Πόντος ὅλος καὶ τὰ ἐκείνῃ πρόσοικα τοὺς ὁμιλητὰς ἀνέπεμπεν, ὥσπερ οἰκεῖον ἀγαθὸν τὸν ἄνδρα θαυμάζοντες.

sed molestũ fuerit illud perscribere. Quapropter omniũ calculis comprobati per suffragia deligũtur Proæresius, Hephæstiõ, Epiphanius, & Diophantus: accessit ad numerũ & Sopolis, clãdestino & despecto supplemento, & Parnasi⁹ qdam è viliore etiã: opportebat. n. ex instituto Romanorũ Athenis vicissim alios dicere, alios auditores esse. His ergo p suffragia creatis, vna pars Minorũ gẽtiũ vocabatur & Simplicior, cuius potestas finiebatur tribunaliũ subselliis & suggesto in quod adscendebatur. mox in Maiorũ gentium & pręstãtiores sophistas diuisa fuit ciuitas, nec ea modo, quin cũctæ nationes Romano nomini subditę: neq; dissensio erat inter illos de eloquentia, sed de totis nationibus propter eloquẽtiæ facultatẽ cui cederẽt: siquidem totus Oriẽs seu magistratus quispiam aut honorarium Epiphanio in delectum abiit haud obscure: Diophantus Arabiã sortitus est: Hephęstion reuerentia Proęresii pariter & reliquit Athenas, & ex hominibus excessit: Proęresio Pontus vniuersus ac finitimæ gentes discipulos submisere, virũ illum tanquã vernaculũ bonũ & apud se natũ admirantes:

προσετέθη δὲ καὶ Βιθυνία πᾶσα, καὶ Ἑλλήσποντος· ὅσα τε ὑπὲρ Λυδίας διὰ τῆς καλουμένης νῦν Ἀσίας, ἐπὶ Καρίαν καὶ Λυκίαν τείνοντα, πρὸς Παμφυλίαν καὶ τὸν Ταῦρον ἀφορίζεται. Αἴγυπτός τε πᾶσα, τῆς ἐπὶ τοῖς λόγοις ἀρχῆς, καὶ κλῆρος ἦν οἰκεῖος αὐτῷ· καὶ ὅσα ὑπὲρ Αἰγύπτου πρὸς Λιβύην συρόμενα, πῇ τι ἄγνωστον τέλος ἔχει καὶ τὸ οἰκήσιμον. ταῦτα δὲ ὡς ἐπὶ πλέον εἴρηται· ἐπεί τό γε ἀκριβῶς, καὶ διαφορὰς ἔσχε τὰ ἔθνη ἐν ὀλίγοις τισὶ μειρακίοις, ἢ μετανιστᾶσιν παρ' ἑτέρους, ἢ που τις καὶ κατ' ἀρχὰς ἀπατηθεὶς, ἑτέρῳ προσῆλθε. πρὸς δὲ τὸ μέγεθος τῆς Προαιρεσίου φύσεως, συστάσεως νεανικῆς καὶ μάλα σφοδρᾶς γενομένης, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐς τοσόνδε ἴσχυσεν ἡ στάσις, ὥστε τὸν ἄνδρα ἐξόριστον τῶν Ἀθηνῶν εἰργάσαντο, δεκάσαντες τὸν ἀνθύπατον, καὶ τὴν ἐπὶ λόγοις βασιλείαν εἶχον αὐτοί. ὁ δὲ καὶ πρὸς τὴν φυγὴν μετὰ πενίας ἰσχυρᾶς ὥσπερ ὁ Πεισίστρατος ἐκπεσὼν, κατῆλθε τὸ δεύτερον. ἄλλοι μὲν διὰ πλοῦτον· Προαιρεσίῳ δὲ ὁ λόγος ἤρκει μόνος·

adiunxit se illi cum tota Bithynia Hellespontus, & quicquid terrarum supra Lydiam per Asiam nunc dictam excurrit ad Cariam vsque & Lyciam ac Pamphyliam, quicquid etiam Tauro includitur: quin & Ægyptus vniuersa ob celebritatem in dicendo, ceu peculium illi obuenerat, & quæ plaga supra Ægyptum ad Lybiam extrahitur, & incognitis finibus, sed tamen habitatis, circumscribitur. Ista pluribus exposita sunt, quod reuera populi illi aut corrumpi aliquot suos adolescentes, aut alios deficere viderint, qui initio decepti, post aliis se adiunxere. Ceterum coorto ingenti ac graui dissidio propter ingenij quod in Proæresio erat præstantiam, vsque eo inualuit reliquorum coniuratio & factio, vt eum Athenis excedere compulerint, corrupto largitionibus Proconsule: qua ratione factum est, vt regnum in dicendo obtinuerint: nihilominus exulans in grauissima inopia atque egestate, vti Pisistratus, rediit postliminio. Sed vt ceteros diuitiæ sustentabant, ita Proæresio sola linguæ facundia suffecit abunde:

ὥσπερ ὁ Ὁμηρικὸς Ἑρμῆς ἐπὶ τὴν σκηνὴν τὴν Ἀχιλλέως, καὶ τοῖς πολεμίοις παρέπεμπον τὸν Πρίαμον. συνῆν δέ τις αὐτῷ καὶ ἀγαθὴ τύχη νεώτερον ἀνθύπατον κατὰ φήμην ἀγανακτοῦντα ἐπὶ τοῖς γινομένοις ἐπιστήσασα τοῖς πράγμασι· καὶ ὁ μὲν οὕτω βασιλέως ἐπιτρέψαντος, καὶ μεταπεσόντος ὀστράκου, κατῄει τὸ δεύτερον εἰς τὰς Ἀθήνας. οἱ δὲ ἐχθροὶ τὸ δεύτερον αὖθις ἑλιχθέντες καὶ συσπειραθέμενοι καθ' ἑαυτούς, ἀνίσταντο· καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἑτέρας ἐξηρτύοντο μηχανάς· καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν. προηγουμένων δὲ τῶν ἀπρεπιζόντων τὴν κάθοδον, κατῆλθεν ὁ Προαιρέσιος· τοῦτο δὲ ἀκριβῶς ὁ Λυδὸς παρὼν Τουσκιανὸς, ἐξήγγελλεν, ὃς Προαιρέσιος ἂν ἦν εἰ μὴ Προαιρέσιος ἦν. κατελθὼν δὲ ὁμοῦ διὰ σκηνῆς. ὥσπερ τις Ὀδυσσεὺς διὰ μακροῦ προσαγγελλόμενος, ὀλίγους τῶν ἑταίρων, ἐν οἷς καὶ ὁ Τουσκιανὸς ἦν, ὑγιαίνοντας· καὶ ἐπὶ τῷ ἀπίστῳ τοῦ θαύματος τοὺς πρὸς ἐκεῖνον βλέποντας εὑρὼν δὲ καὶ πληρωθεὶς ἀγαθῶν ἐλπίδων, περιμένειν φησὶ τὸν ἀνθύπατον.

ſicut Homericus Mercurius, qui ad tabernáculum Achillis medios inter hoſtes Priamum tutum ſubmiſit. Vſus eſt & quodam fortunæ beneficio, quæ nouum recenter Proconſulem rebus præfecit, qui ea quæ acciderant fama cognita indigne ferebat: itaque permiſſu Imperatoris & teſtula caſu inuerſa (quod dicitur) Athenas reuerſus eſt: inimici vero eius iterum ſe conuoluentes & ſpiras anguium more contorquentes inſurrexere, & in euentum omnem alias machinas fabricarunt, in eo toti. Verum cũ præceſſiſſent ij qui reditũ illius procurabãt, Proæreſius vna cũ illis Athenas deſcendens (vti ad vnguẽ mihi narrauit Tuſcianus Lydus, qui toti negotio interfuit, qui Proæreſius eſſe poterat, niſi Proæreſius extitiſſet) veluti Vlyſſes quiſpiam poſt longũ tẽporis interuallũ reuerſus, paucos ſuorum ſodalium, in quibus & Tuſcianus erat, integra valetudine vſos reperit, qui ob prodigioſã rei nouitatem defixo obtutu illum ſuſpectabant: quare ob inuentos eos gauiſus, ac bonæ ſpei plenus, iubet operiri Proconſulis aduentum,

ὁ δὲ θᾶττον ἦλθεν ἐλπίδος. ἀφικόμενος δὲ Ἀθήναζε, συνεκάλει τε τοὺς σοφιστάς, καὶ διετάραττεν ἅπαντα· οἱ δὲ μόλις μὲν καὶ βάδην συνήεσαν· [καὶ] ἀνάγκης δὲ καλούσης προβλήματά τε αὐτοῖς προεβλήθη, καὶ κατὰ δύναμιν αὐτῶν ἕκαστος ἀνεχθέντες ἐκ παρακλήσεως καὶ παρασκευῆς τῶν κρότων συντελουμένων, ἀπηλλάγησαν· καὶ τοὺς Προαιρεσίου ἐξαπιναίως εἰσκαλεῖ· οἱ δὲ παρῆσαν ἀγνοοῦντες τὰ μέλλοντα. ὁ δὲ ἀνθύπατος, βούλομαι, ἀνέκραγε, πᾶσιν ὑμῖν ἓν ζήτημα προβαλὼν πάντων ὑμῶν ἀκροάσασθαι σήμερον· ἐρεῖ δὲ μεθ' ὑμᾶς, ἢ ὅπως ἂν βούλησθε, καὶ Προαιρέσιος. τῶν δὲ τὸ πρᾶγμα φανερῶς παραιτησαμένων καὶ τὰ Ἀριστείδου μετὰ πολλῆς σκέψεως καὶ πόνου, ἔδει γὰρ μηδὲν ἴδιον αὐτοὺς λέγειν, προσενεγκόντων δὲ ὅμως ὡς οὐκ εἰσὶ τῶν ἐμούντων, ἀλλὰ τῶν ἀκριβούντων, τὸ δεύτερον ἐμβοήσας ὁ ἀνθύπατος, λέγε φησὶν ὦ Προαιρέσιε. ὁ δὲ ἀπὸ τῆς καθέδρας εἰς προάγωνά τινα διαλεχθεὶς οὐκ ἀχαρίστως, καὶ τὸν σχέδιον ἅπαντος ἐξάρας λόγον,

qui opinione citius adfuit, vrbemque ingressus conuocauit sophistarum cętũ, omniaque illorum consilia turbauit. Illi otiose & lętis passibus conuenere, vbi necessitate ita flagitãte quęstiones ac problemata fuere proposita: ad quæ cum singuli pro suo captu, vt euocati aut instructi venerant, plausu edito, respondissent, discessum fuit. Tum derepente Proæresii sectatores introuocati, & quamuis ignari quid futurum esset, ingressi sunt. Hic Proconsul alta voce, Volo, inquit, vos omnes quæstionem vnam propositam decidere hodie, deque ea iudicium vestrum audire cupio: respondebit post vos aut pro arbitratu vestro, Proæresius. cumque illi palam deposcerent eam rem, & de industria cũ molimine proferrent verba illa Aristidis (decebat enim nihil proprium eos loqui) Quod non essent vomentium numero, sed elaborate aliquid enitentium: iterum exclamans Proconsul, Dic, inquit, Proæresi. at is de sede sua non sine gratia locutus quædam ceu in pugnæ præludium, & extẽporalem illã quantacunq; fuit orationem vbi profudisset

ἀνίστη

ἀνέστη θαρραλέως ἐπὶ τὸν ἀ-
γῶνα. ἐνταῦθα ὁ μὲν ἀνθύ-
πατος ὅρον τινὰ προβάλλειν
ἕτοιμος ἦν. ὁ δὲ ἀνανεύων
τὸ πρόσωπον περιέβλεπε κύ-
κλῳ τὸ θέατρον. ὡς δὲ πολὺ
μὲν ἑώρα τὸ πολέμιον, τὸ δὲ
φίλιον μικροῦ καὶ διαλανθάνον,
ἐγίνετο μὲν κατὰ λόγον ἀθυ-
μότερος· ζέοντος δὲ τοῦ συγχο-
ρεύοντος αὐτῷ δαίμονος, περι-
σκοπῶν ἅπαντα, συγκεκαλυμ-
μένους [ὁρᾷ] περὶ τὴν ἐσχά-
την ἄντυγα τοῦ θεάτρου δύο τι-
νὰς ἄνδρας τῶν περὶ ῥητορει-
κὴν τετριμμένων, καὶ ὑφ' ὧν
ἐπεπόνθει τὰ πλεῖστα τῶν κα-
κῶν· καὶ ἀναβοήσας, ὦ θεοί,
φησίν· ἐνταῦθα οἱ βέλτιστοι καὶ
σοφοί, τούτους ἐμοὶ κέλευσον
ἀνθύπατε προβάλλειν· ἴσως γὰρ
ὅτι ἠσέβησαν πιστεύσονται· οἱ
μὲν οὖν ταῦτα ἀκούσαντες,
εἰς τὸν ὄχλον τε τῶν καθημέ-
νων κατεδύοντο, καὶ διαλαν-
θάνειν ἐσπούδαζον. ὁ δὲ ἀν-
θύπατος διαπέμψας τινὰς τῶν
στρατιωτῶν, εἰς μέσον αὐτοὺς προ-
ήγαγε· καὶ καταστήσας ἔκ τι-
νος προτροπῆς τὸ προβάλλειν τὸν
κελευόμενον ὅρον· ὡς ἐκεῖνοι
βραχύν τινα χρόνον σκεψάμε-
νοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους διαλε-

magna sui fiducia ad caus-
sam accessit, vbi cũ Procon-
sul certũ præscriptum & ter-
minum, vt vocant, præsti-
tuere pararet, ille reiecto
capite circumspectare coro-
nam astantium, animad-
uersaque inimicorum fre-
quentia, suorum raritate
incredibili, labare ac con-
sternari animo, neque id in-
iuria: sed fortuna, quæ illi
choragium comparabat,
feruente atque animum illi
addente, circumlustrans o-
culis omnia, prospicit deli-
tescentes in extremo thea-
tri ambitu duos in oratoria
facultate extritos viros,
qui negotij plurimum ipsi
facessiuerant, simulque ex-
clamat: O deos immorta-
les, en adsunt duo eximij &
consulti viri, quos mihi
Proconsul tuo iussu obiici
deposco: fidem namque fa-
cient fortassis iureiurando
adacti, quod nequiter &
scelerate egerint. At illi hoc
audientes in sedentium pro-
miscuam turbam abdiderũt
sese studio delitescẽdi: verũ
immissis satellitibus Procõ-
sul in medium illos produci
curauit, cõstituitq; cũ qua-
dã exhortatiũcula, vt argu-
mẽti formulã, quã vocãt, si-
ue terminũ præstituerũt. Illi
re aliquãtulũ apud se delibe-
rata, atq; inter se collocuti

ὁ δὲ ἀνθύπατος καὶ δορυφορῶν μετὰ πάντων ἢ τῶν δυνάμεων, ἐκ τοῦ θεάτρου παρέπεμψε. μετὰ ταῦτα οὐδεὶς ἀντέλεγεν, ἀλλ' ὥσπερ ὑπὸ σκηπτοῦ πεπληγότες ἅπαντες, συνεχώρησαν εἰς τὸ εἶναι κρείττονι. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἀναφύντες, ὥσπερ αἱ τῆς ὕδρας κεφαλαί, πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀνωρθοῦντο καὶ διηγείροντο· καὶ τραπέζαις τε πολυτελέσι καὶ θεραπαινιδίοις κομψοῖς, τινὰς τῶν ἀκμαζόντων δελεάζοντες, ὥσπερ οἱ τῶν βασιλέων ἔννομον καὶ ὀρθὴν μάχην νενικημένοι, καὶ [ἐν] τοῖς ἀπόροις εἰς τὸ ἔσχατον συνελθόντες ἐπὶ ψιλοὺς καὶ σφενδονήτας καὶ γυμνῆτας, καὶ τὸ ἀτελὲς ἐπικουρικὸν καταφεύγουσιν, οὐ ταῦτα τιμῶντες ἐξ ἀρχῆς, ὅμως δὲ δι' ἀνάγκην ταῦτα τιμῶντες, οὕτω κἀκεῖνοι πρὸς ἀναγκαῖον συμμαχικὸν ἐπτοημένοι, τοιαύτας ἐπιβουλὰς ἤρτυον, αἰσχρὰς μὲν, ἀνεπίφθονοι δὲ ἦσαν, εἴ τις ἑαυτὸν καὶ κακῶς φιλεῖ. εἶχον γοῦν ἑταίρων πλῆθος, καὶ ἀπήντα τὸ σόφισμα κατὰ λόγον αὐτοῖς. τὸ δὲ Προαιρεσίου, τυραννίς ἐδόκει τις εἶναι·

Proconſul vero cum omni ſatellitio ſiue copiis ſuis comitatum è theatro honorificè deduxit. Ab eo tempore nemo aduerſus illum mutire auſus eſt: quin omnes ceu fulminis iactu percuſſi, principatum tali viro detulere. Aliquanto poſt tempore reſumptis viribus, tanquam Hydræ capita, ad ingenium redierunt priſtinum, nonnullos è primoribus & ætate florentibus inescantes menſis magnifici operis, & ſcitis ancillulis, non aliter quam Reges faciunt, qui iuſto prælio profligati, in perditis ac deſperatis rebus ad extrema redacti, confugiunt ad ferentarios, leuis armaturæ militiam: aut ad funditores auxiliaréſque contemptæ militiæ copias, quas etſi ab initio non magnifecere, in neceſſitate tamen aliquo in numero habere coguntur. Similiter & iſti exterriti ad neceſſaria auxilia perfugiẽdo, inſidias ſtruebant, ſed flagitioſas & turpes, carebantq; inuidia, ſi quis ſeipſum poteſt odiſſe. habebant itaq; multos aſſectatores & ſocios, eorumque fallacia pro voto ſuccedebat. Proæreſij vero res poſſidere quoddam regnũ videbatur,

καὶ ἀτυχεῖν ἡ ἀρετὴ τῶν λό-
γων ἐδόκει καλῶς· οἱ γὰρ οἱ νοῦν
ἔχοντες ἅπαντες αὐτὸν ἠρῶν-
το· ἢ οἱ προσπελθόντες αὐθὺς
νοῦν εἶχον ὅτι Προαιρέσιον
ἠρῶντο. Κατὰ δὲ τούτους τοὺς
χρόνους, ἦν ἔσχεν ὁ βασιλικὸς
τῆς αὐλῆς ὅμιλος, ἄνδρα καὶ
δόξης ἐραστὴν καὶ λόγων· ἦν μὲν
γὰρ ἐκ Βηρυτοῦ πόλεως, καὶ Ἀ-
νατόλιος ἐκαλεῖτο. οἱ δὲ βα-
σκαίνοντες αὐτὸν, καὶ Ἀζουτρίω-
να ἐπίκλησιν ἔθεντο· καὶ ὅ τι
μὲν τὸ ὄνομα σημαίνειν βού-
λεται, ὁ κακοδαιμόνων ἴστω τῶν
θυμελῶν χορός. δόξης δὲ ἐρα-
στὴς ὁ Ἀνατόλιος καὶ λόγων
γενόμενος, ἀμφοτέρων ἔτυ-
χε. καὶ τῆς τε νομικῆς τελουμένης
παιδείας εἰς ἄκρον ἀφικόμε-
νος, ὡς ἂν πατρίδα ἔχων τὴν
Βηρυτὸν, ἣ τοῖς τοιούτοις μήτηρ
ὑποκάθηται παιδεύμασι. καὶ
διαπλεύσας εἰς τὴν Ῥώμην,
καὶ φρονήματος ἐμπληθεὶς, καὶ
λόγων ὕψος ἐχόντων καὶ βάρος,
εἰσφρήσας τε εἰς τὰ βασίλεια,
ταχὺ μάλα πρῶτος ἦν· καὶ
διὰ πάσης ἐλθὼν ἀρχῆς, ἐν
πολλαῖς τε ἀρχαῖς εὐδοκι-
μήσας· καὶ γὰρ οἱ μισοῦντες αὐ-
τὸν ἐθαύμαζον. προϊὼν καὶ εἰς τὸν
ἔπαρχον τῆς αὐλῆς ἤλασεν· ἡ δὲ ἀρχὴ βασιλεία ἐστὶν ἀπόρφυρος·

& eloquentiæ facultas per-
pulchre florere, quandoqui-
dem vel cordati homines se
illi adiungebant, vel qui in
familiaritatem illius intra-
bant, illico sapiebant. Hac
tempestate Imperatoris au-
la tulit virum & gloriæ & e-
loquentiæ appetentem, Be-
ryto Phœniciæ vrbe oriun-
dum, Anatolium nomine,
cui Azutrionis cognomen
imposuerant inuidi: quod
nomen quid significet re-
linquo inuestigandum in-
sano Scenicorum gregi. Iste
itaque gloriæ pariter & elo-
quentiæ amator, vtramque
est assecutus, iuris ciuilis
scientia exacta clarissimus:
nec mirum, quippe cui pa-
tria Berytos fuerit, eiusmo-
di studiorũ mater & alum-
na. Is Romã profectus cum
& consilio valeret, & verba
cum maiestate quadam põ-
dus haberent, receptus in
Imperatoris aulam, breui
admodum primas obtinuit,
atque omnibus Regiæ ho-
noribus muneribúsque per-
functus, in plerisque etiam
laudatus (id quod inimici e-
ius demirabãtur) ad Præfecti
prætorio munus tandẽ per-
uectus est: qui magistratus
Imperatoria dignitas est,

τυχὼν δὲ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φιλο-
τιμίαν τύχης ἀξίας, τὸ γὰρ κα-
λούμενον Ἰλλυρικὸν ἐπετέ-
τραπτο· καὶ φιλοθύτης ὢν καὶ
διαφερόντως Ἕλλην· καί τοι γε
ἡ κοινὴ κίνησις πρὸς ἑτέρας
ἔφερε ῥοπάς, ἐξὸν αὐτῷ πρὸς
τὰ καίρια τῆς ἀρχῆς ἐλθεῖν, καὶ
διοικεῖν ἕκαστα πρὸς ὃ βού-
λοιτο. ὁ δὲ χρυσῆς τινὸς αὐτὸν
μανίας ὑπολαβούσης ἰδεῖν
τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὰ τῶν λόγων
εἴδωλα διὰ τῆς παιδεύσεως
ἐπὶ τὴν αἴσθησιν, μεθ' ἧς πως
ἀριπρεπεῖς ἀξιώματος φερό-
μενος, συλλαβεῖν, καὶ τὸ
νοούμενον ἐκ τῶν ἀρχαίων ἰν-
δαλμάτων φάντασμα ἐπὶ τὴν
ὄψιν πᾶσαν πρὸς τὴν Ἑλλάδα
ἔσπευσε· καὶ πρόβλημά γέ τι
τοῖς σοφισταῖς προπέμψας.
ἐτεθήπεσαν δὲ αὐτὸν οἱ Ἕλληνες,
τό τε φρόνημα ἀκούοντες, καὶ
τὴν παιδείαν, καὶ ὅτι ἀκλι-
νὴς ἦν καὶ ἀδωροδόκητος, ἐ-
κέλευσεν ἅπαντας τὸ αὐτὸ με-
λετᾶν πρόβλημα· οἱ δὲ τοῦτο
αὐτὸ ἐπιτηδεύοντες, καὶ κατὰ τὴν
ἑκάστην ἡμέραν ἀλλήλοις ἐ-
πιβουλεύοντες, ὅμως, ἀνάγκη
γὰρ ἐκέλευε, συνετέθησαν
καὶ περὶ τῆς καλουμένης στά-
σεως τοῦ προβλήματος·

ſed purpuræ trabeæve vſu
mutilata, nactúſque pro in-
nata ambitione fortunam
proſperam & ſe dignam (ſi-
quidem Illyrici limitis præ-
fectura illi fuit commiſſa)
cumq; eſſet natura ſacrorum
ritibus & ſuperſtitioni dedi-
tus, & mirum in modũ gen-
tilitatis ſtudioſus, tametſi
reipub. ſtudium ad alia re-
rũ momenta trahebat, quip-
pe penes quẽ eſſet potiſſima
Imperij loca adire, eáq; pro
ſuo arbitratu regere atque
adminiſtrare, aurea quadã
inſania viſendæ Græciæ a-
ctus, vt eruditionis ope, ſen-
ſu perciperet diſputationũ
ideas, vtque ſimulachrum è
veteribus ſpeciebus animo
conceptum oculis præſens
cerneret, in Græciam pro-
perauit, cum grauiſſima au-
ctoritate accedens: præmiſ-
ſoque ad ſophiſtas proble-
mate quodam, iuſſit omnes
ingenij neruos in eo con-
tendere. Tota vero Græcia
virum ſtupebat, cum inau-
diſſet de eius prudentia &
eruditione, quodque inte-
ger & incorruptus neu-
tro nutaret: at illi indu-
ſtriam ea in re ſuam exer-
centes & quotidie alter al-
teri inſidiantes, tandem
cogente neceſſitate conue-
nerunt, ac de ſtatu proble-
matis, quem ita nominant,

πολλοῖς ἐν ἀλλήλοις λόγοις ἀντεπιχειρήσαντες· (οὐκ ἔγνω τούτου τοῦ πράγματος γελοιότερον ὁ συγγραφεὺς) διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων ἕκαστος, διὰ φιλοτιμίαν, ἕκαστος ἐπαινῶν τὴν ἰδίαν δόξαν, καὶ πρὸς τὰ μειράκια φιλοτιμούμενος. ὡς δὲ βαρύτερος ἦν τῆς Περσικῆς ἐκείνης καὶ πολυυμνήτου στρατιᾶς, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα κατιὼν ὁ Ἀνατόλιος, καὶ ὁ κίνδυνος ἦν παρὰ πόδας, οὐ τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ τοῖς σοφιστεύουσιν· ἐνταῦθα οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, προσεγεγόνει γὰρ αὐτοῖς καὶ Ἱμέριός τις σοφιστὴς ἐκ Βιθυνίας, οὐκ ἔγνω τοῦτον ὁ συγγραφεὺς, πλὴν ὅσα γε διὰ συγγραμμάτων· ἐταλαιπώρουν δὲ ὅμως ἅπαντες, καὶ πολλῷ καμάτῳ παρετείνοντο τὴν δόξαν ἕκαστος μεθιστάντες στάσιν. ἐνταῦθα ὁ Προαιρέσιος θαρσῶν τῇ φύσει βαρὺς ἦν, οὔτε φιλοτιμούμενος, οὔτε ἐκφέρων τὸ ἀπόρρητον. ὁ δὲ Ἀνατόλιος εἰσῆλθεν, καὶ ἐπεδήμησεν Ἀθήναζε. θύσας δὲ θαρραλέως καὶ περιελθὼν τὰ ἱερὰ πάντα, ᾗ θεσμὸς ἱερὸς ἐκέλευεν, ἐξεκάλει τοὺς σοφιστὰς ἐπὶ τὸν ἀγῶνα·

variis inter se mutuo argumentis digladiati (qua re nihil magis ridiculum scriptor nouit) dissidere ac discordare cœperunt, dum quisque propter ambitionem laudat & apud adolescentulos suam tuetur obnixe sententiam. Postquam autem Anatolius in Græciam descendit formidabilior, quam olim celebris illa Persarum expeditio, cum iam ante pedes esset periculum non Græcis, sed Sophisticam profitentibus, ceteri quidem omnes, inter quos & Himerius quidam Bithynius sophista aderat (quem libri huius auctor nisi è scriptis non cognouit) mirum in modum fatigabant se, multoque labore fathiscebant, dum generali quæstione & statu suam quisque opinionem excolit atque expolit. At Proæresius ingenio fisus, grauis erat illis, quippe ab ambitione alienus, neque arcana sua cuiquam prodens. Iam Athenas intrarat Anatolius, generoseque rem diuinam fecerat, & lustratis templis omnibus, quacunque sacrorum cerimoniæ iusserant, sophistas ad certamen indictum prouocabat:

καὶ οἱ παρόντες ἕκαστος πρόθυμος εἰς τὴν ἐπίδειξιν ἠπείγετο· οὕτω φίλαυτόν τι χρῆμα ἄνθρωπος· ὁ δὲ Ἀνατόλιος καὶ τοὺς κροτοῦντας τὰ μειράκια ἐγέλα, καὶ τοὺς πατέρας ἠλέει τῆς τῶν παίδων παιδείας ὑπὸ τοῖσι παιδεύονται. ἐκάλει δὲ τὸν Προαιρέσιον, μόνος γὰρ ἀπελείπετο· ὁ δὲ θεραπεύσας τινὰ τῶν οἰκείων αὐτοῦ, καὶ πάντα ἐξειδότων μαθὼν τὴν στάσιν ἣν ἐπῄνει, τοῦτο γὰρ ὁ συγγραφεὺς ἔφη γελοῖον ἐν τοῖς ἄνω λόγοις· καίτοι γε οὐδενὸς ἦν ἄξιον λόγου· οὐδὲ Ἀνατόλιον ἔδει ταῦτα νικᾶν· ὅμως πρός γε τὴν κλῆσιν ὑπήκουσεν ἀθρόως, καὶ πρὸς ἐκείνην τὴν στάσιν διαθέμενος τὸν ἀγῶνα, πρὸς τοσόνδε ἤρκεσε πρὸς τὸ κάλλος τοῦ λόγου, ὥστε ἐπήδα τε ὁ Ἀνατόλιος, καὶ τὸ θέατρον βοῶν τε ἐρρήγνυτο· καὶ οὐδεὶς ἦν ὃς οὐχὶ θεὸν ὑπελάμβανε. τιμήσας οὖν ἐκεῖνον διαφερόντως φαίνεται, καίτοι γε τοὺς ἄλλους μόλις ἀξιώσας τῆς ἑαυτοῦ τραπέζης. ὁ δὲ Ἀνατόλιος σοφιστὴς ἦν ἐν τοῖς κατ' εὐωχίαν καὶ πρὸς συμπόσιον· οὐδὲ τὸ συμπόσιον ἦν ἄλογον καὶ ἀπαίδευτον·

Illi certatim pro se quisque alius alium præuertere studebat ostentandi ingenij caussa: vsqueadeo cæcum animo & sui amans est homo. Ridebat Anatolius istos qui applausu adolescentulos excipiebant, dolebatque vicem parentum, quorum liberi ab eiuscemodi præceptoribus instituerētur: tandem Proæresium exciri iussit, qui solus erat reliquus. Is conciliata sibi familiarium Anatolij beneuolentia, qui omnia pernouerant, ab iis edoctus statum, quem ille laudādum susceperat [istud est quod paulo ante ridiculum vocauit scriptor] etsi nullius momenti res erat, neque certaminis istius victoria penes Anatolium cōstituta fuerat, citatus tamen per nomen, illico obtemperauit, & ad illius statum informans ac dirigens contētionis totius caput, tāta sermonis elegātia exuberauit, vt & Anatolius solio exiliret, & consessus clamoribus disrumperetur, nemoq; adeo esset, quin pro Deo illum haberet: quapropter eximio & pene singulari eū honore affecit Anatolius, ceteros vix mēsa dignatus. Erat autē argutus cauillator in cōuiuiis & symposiis, quæ non erant aut muta aut indocta.

dictitabant illum veluti pictoris tabulam aut expressũ simulachrum, naturas hominum & mores omnigenos repræsentare: neque deprehendi vnquam potuit, quantumuis multis ac diuersis confluentibus, quam speciem melius redderet: quid, quòd in plane contrariis personis laudabatur, ab iis qui diuersum vitæ genus sequebantur: ita vtrobique suas actiones non sine admiratione spectare se arbitrabantur. Vsque adeo multiplex & copiosa mutationũ in varias formas materia in vno erat. Cõiugium etiam hic respuit: domestica tamen muliercula, quæ & loco & cõditione erat dispar, vsus fuit. Dictio eius in declamatorio genere prorsus iners, mortua, & vitalis succi est expers: videtúrque in eo genere caruisse doctore, siquidem pleraq; etiam vulgaria & vel pueris perspicua ignorauit: in epistolis vero & id genus aliis salutationibus & alloquiis, abũde assurgit, & ad exemplum veterum scriptorum sese accommodat. Libri eiusdem scatent gratia & facetiis Comicis, & aspersa vbique vrbanitate & argutia verbis subseruit: affluit & lepos ac grata iucunditas: cunctis Syrophœnicibus

σι κατὰ τὴν κοινὴν ἔντευξιν ἡ-
δὺ καὶ κεχαρισμένον, οὐ τὸ παρ'
ἐκείνου λαβεῖν μετὰ παιδείας
ἔξεστιν· οἱ μὲν οὖν Ἀττικοὶ μυ-
κτῆρα καὶ ἁλισμὸν αὐτὸ καλοῦ-
σιν· ὁ δὲ ὥσπερ κορυφὴν παι-
δείας τοῦτο ἐπιτηδεύσας, ἐκ τῆς
ἀρχαίας κωμῳδίας, ὅλος εἰς
τὸ ἀπαγγέλλειν εἱλκυσμένος,
καὶ τοῦ κατὰ θύρας τερπνοῦ καὶ
γοητεύοντος τὴν ἀκοὴν γινό-
μενος· παιδείας ὑπερβολὴν
καὶ ἀναγνώσεως ἔστιν εὑρεῖν ἐν
τοῖς λόγοις, λέξεσι καταγλωτ-
τισμέναις ἐντυγχάνοντα. τὸ
γοῦν Εὐπόλιδος δένδρα Δε-
σποσίαν καὶ Δαμασίαν οὐκ ἂν πα-
ρῆκεν εἰ τὰ ὀνόματα ἔγνω τῶν
δένδρων, οἷς νῦν αὐτὰ κα-
λοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. οὕτως λέξιν
εὑρών τινα περιττὴν καὶ ὑπ' ἀρ-
χαιότητος διαλανθάνουσαν, ὡς
ἀνάθημά τι παλαιὸν καθαί-
ρων, εἰς μέσον τε ἦγε, καὶ δια-
καθήρας ἐκαλλώπιζεν, ὑπόθε-
σιν τε αὐτῇ περιπλάττων ὅ-
λην, καὶ διανοίας ἀκολουθού-
σας, ὥσπερ ἅβρας τινὰς καὶ
θεραπαίνας δεσποίνῃ νεοπλού-
τῳ, καὶ τὸ γῆρας ἀποξεσμένῃ.
ἐθαύμασε μὲν οὖν [αὐτὸν] ὅτι
τούτοις καὶ ὁ θειότατος

in vulgari colloquio pecu-
liaris (Attici nasum & sales
vocant) quæ dos præter e-
ruditionem peti ab eo po-
test. Porro Libanius hanc
partem tanquam præci-
puum eruditionis caput ex-
coluit, vt qui è vetere Co-
mœdia omnem explicandi
sensa animi rationem suxit
& in se traxit, totus ad illam
quasi à limine suauitatem,
& aurium delitias ac leno-
cinia à natura factus. Erudi-
tionem magnam & multi-
plicem lectionem in oratio-
nibus eius inuenias, & di-
ctiones quæ illecebras me-
ras & suauia spirant. Ita-
que non esset omissurus Eu-
polidis Comici arbores De-
sposiam & Damasiam, si de
iis ipsi constaret, quibus
hodie nominibus appella-
rentur: ita nouas ille aliquas
& ob antiquitatem igno-
ratas voces inuentas, ceu
donaria quæpiam prisci sæ-
culi detracta, in medium
profert, & à puluere extersa
concinnat, accuratéque ex-
ornat, obducens illis vela-
men integrum & sententias
congruas, quæ veluti famu-
læ ac pedissequæ heram re-
pente ditatam, & à senectæ
exuuio nitidâ assectentur.
Has ob res diuinissimus ille

Ἰουλιανός· ἐθαύμασε δὲ καὶ ὅσον ἀνθρώπινον, τὴν ἐν [τοῖς] λόγοις χάριν· καὶ πλεῖστα γε αὐτοῦ περιφέρονται βιβλία. καὶ ὁ τούτων ἔχων ἀναλεγόμενος ἕκαστον αὐτῶν εἴσεται. ἱκανὸς δὲ ἦν καὶ πολιτικοῖς ὁμιλῆσαι πράγμασι, καὶ παρὰ τοῖς λόγοις ἕτερά τινα συντολμῆσαι καὶ ῥαδιουργῆσαι πρὸς τέρψιν θεατρικωτέραν. τῶν δὲ μετὰ ταῦτα βασιλέων, καὶ τῶν ἀξιωμάτων τὸ μέγιστον αὐτῷ προσθέντων· τὸν γὰρ τῆς αὐλῆς ἔπαρχον μέχρι προσηγορείας ἔχειν ἐκέλευον, οὐκ ἐδέξατο, φήσας τὸν σοφιστὴν εἶναι μείζονα· καὶ τοῦτο [γε] ἐστὶν οὐκ ὀλίγος ἔπαινος, ὅτι δόξης ἐλάττων ἀνήρ, μόνης ἡττᾶτο τῆς περὶ τοὺς λόγους· τὴν δὲ ἄλλην δημώδη καὶ βάναυσον ὑπελάμβανεν· ἀλλ' ἐτελεύτησε καὶ οὗτος εἰς γῆρας ἀφικόμενος μακρότατον· καὶ θαῦμα οὐκ ὀλίγον ἀπολιπὼν ἅπασιν.

ΑΚΑΚΙΟΣ.

Παλαιστίνης Καισάρεια τὸν Ἀκάκιον ἤνεγκε. καὶ ἦν συνακμάζων τῷ Λιβανίῳ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους· τόνου δὲ σοφιστικοῦ καὶ πνεύματος εἴπερ τις ἄλλος γέμων· καὶ ἡ λέξις

Iulianus omnésq; mortales vnice illius admirati fuerunt in dicendo gratiam. Plurima circumferuntur eius volumina, quæ cognosci facile possunt à cordatis viris, qui ea conquirunt. Non erat impar administrandæ reipub. & causis ciuilibus: idoneus etiam ad audēdum perficiendúmque (vt de orationibus taceam) alia nonnulla quæ in theatro spectatorum animos delinire ac recreare possent. Cum subsequentes Imperatores amplissimum illi dignitatis gradum detulissent (nam salutatum Palatio præfectum eo honore fungi iusserant) noluit accipere, dictitans Sophistam illo maiorem esse: quæ non modica laus est, quod dignitate inferior, maluerit immorari studiis: alterum illum honorem vulgarem, sordidum atque illiberalem ducens. Obiit longa senectute confectus, cunctis magno sui relicto desiderio & admiratione.

ACACIVS.

Cæsarea Palæstinæ Acacium edidit, qui eodem cum Libanio tempore vixit, sophistica contentione & spiritu, si quisquam alius, plenus. Dictio eius

μετὰ κρότου πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐπέστρεφε τρόπον· συναναστὰς δὲ Λιβανίῳ, κατέσχε τὰ πρῶτα, καὶ περιῆν ἰσχυρῶς. βιβλίδιον γοῦν τῷ Λιβανίῳ περὶ εὐφυΐας τί γέγραπται, πρὸς τὸν Ἀκάκιον ἅπαν ἐκτεθειμένον· ἀφ' οὗ δῆλός ἐστιν ἐπὶ τῷ κρατεῖσθαι, τὸ μέγεθος τῆς ἐκείνου φύσεως αἰτιώμενος. αὐτὸς δὲ ἑαυτῷ μαρτυρῶν τὴν περὶ [τὰ] λεξείδια στάσιν καὶ ἀκρίβειαν· ὥσπερ ἀγνοῶν ὅτι μήτε Ὁμήρῳ παντὸς ἔμελε μέτρου· ἀλλ' εὐφωνίας τινὸς καὶ μέλους· μήτε Φειδίᾳ τὸ τὸν δάκτυλον περιλαβεῖν καὶ τὸν πόδα πρὸς ἔπαινον τῆς θεᾶς, ἀλλὰ τυραννεῖν τὸ μὲν κατὰ τὴν ἀκοήν, καὶ τὸ αἴτιον ὑπάρχειν ἀνεύρετον ἢ δύσκεπτον, ὥσπερ ἐν τοῖς καλοῖς καὶ ἐρασμίοις σώμασιν, οὐ πάντες τὸ αὐτὸ θαυμάζουσιν· ὁ δὲ ἁλοὺς οὐκ οἶδεν ὅθεν εἴληπται. ὁ μὲν οὖν Ἀκάκιος ἐς τὸ ἄριστον διαδραμών, καὶ πολλὴν ἑαυτῷ περιαγαγὼν δόξαν, ὡς τοῦ Λιβανίου κρατήσων, ἀπῄει νέος ὢν ἔτι. οἱ δὲ ἄνθρωποι ὅσον σπουδαῖον ἐν αὐτοῖς, ἐθαύμαζον αὐτὸν ὥσπερ εἰς γῆρας ἀφιγμένον.

ad manuum plauſum priſco dicendi generi accedit. Hic caput attollēs vna cum Libanio, primam palmam apprehēdit, & arreptam obnixe obtinuit. Quapropter libellum de dexteritate ingenij cōſcripſit Libanius Acacio dedicatum, vbi manifeſte indolis ipſius excellentiæ imputat, quod ſuccubuerit ab eo ſuperatus: ſuo vero ſe ipſe teſtimonio prodit in vocularum cum diſpoſitione, tum exacto delectu, velut ignarus Homerū nō vbiq; ſingulorū verſuum dimenſiones curaſſe, ſed ſonorē vocū (quā euphoniam vocant) & numeros auribus expendiſſe: neq; Phidiā ſemper digitū aut pedem adhibuiſſe, aut ſecū attuliſſe quo laudatā illā & decantatam Palladem perficeret: neſcius auriū iudiciū exuperare, regnúmque obtinere: deindè cauſsā aut eſſe incōpertam, aut difficulter diiudicari. Sicut in formoſo & amabili corpore non idem mirantur omnes, ſed qui ſpecie capt⁹ eſt, non videt vnde quidq; ſumptū ſit. Itaq; ſectatus optima quæq; Acacius, poſt late diffusā de ſe famā, quaſi Libanium lōge ſuperaturus foret, iuuenis etiamnum deceſſit: quem certatim omnes pro ſtudio erga illum ſuo, non minus quam ſi ad ſenectutem extremam veniſſet, ſuſpexere.

ΝΥΜΦΙΔΙΑΝΟΣ.

Νυμφιδιανὸς δὲ ἦν μὲν ἐκ Σμύρνης. Μάξιμος δὲ ἦν ὁ φιλόσοφος [ἀδελφὸς] αὐτῷ· καὶ Κλαυδιανὸς ἕτερος φιλοσοφῶν καὶ αὐτὸς ἄριστα. ἀνὴρ δὲ τῆς μὲν Ἀθήνησι παιδείας καὶ ἀγωγῆς οὐ μετεσχηκώς· γεγονὼς δὲ εἰς ῥητορικὴν καὶ τοῦ τῶν σοφιστῶν ὀνόματος ἄξιος. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Ἰουλιανὸς αὐτῷ καὶ τὴν βασιλικὴν γλῶτταν ἐπέτρεψε, ταῖς ἐπιστολαῖς ἐπιστήσας, ὅσαι διὰ τῶν ἑλληνικῶν ἑρμηνεύονται λόγων· κρείττων δὲ κατὰ τὰς καλουμένας μελέτας καὶ τὰ ζητήματα. τὸ δὲ ἐν προαγῶσι καὶ τῷ διαλεχθῆναι οὐκ ἔθ' ὅμοιος. τελευτὴ δὲ αὐτῷ συνέβη γενομένῳ πρεσβύτῃ· καὶ μετὰ τὸν ἀδελφὸν Μάξιμον.

ΖΗΝΩΝ.

Ἰατροὶ δὲ κατὰ τούτους ἤκμαζον τοὺς χρόνους, Ζήνων τε ὁ Κύπριος, διδασκαλίαν τε πολυύμνητον συστησάμενος· ἀλλ' ἐπέβαλε τοῖς χρόνοις Ἰουλιανῷ τῷ σοφιστῇ· καὶ μετ' ἐκεῖνον κατὰ τοὺς Προαιρεσίου χρόνους, οἱ διάδοχοι Ζήνωνος. ἄμφω δὲ ὁ Ζήνων ἐξήσκητο λέγειν τε καὶ ποιεῖν ἰατρικήν.

NYMPHIDIANVS.

Nymphidianvs Smyrnæus fuit, qui Maximum philoſophum germanum habuit fratrem,& Claudianum, qui & ipſe inſignis fuit philoſophus, Athenis tamen nec litteris imbutus, nec educatus, Rhetorices natus ſtudio, & Sophiſtæ haud indignus nomine. Huic Imperialis interpretis munus commiſit Iulianus, dictãdis epiſtolis,quæ Græca lingua contexendæ forent,præficiens: quanquam conſcribendis declamationibus diſceptationibúſque appoſitus magis fuerit: in primo tamen velitationis præludio,& in ipſa diſputatione ſui diſſimilis.Mortem obiit ſenex, & à funere fratris Maximi.

ZENON.

Eo temporum tractu cõplures floruerunt Medici, inter quos Zenon Cyprius, doctrina celebri clarus,attigit tẽpora Iuliani ſophiſtæ, & poſt illum Proæreſij, qui Zenoni ſucceſſerunt.Hic vtrunq; profitebatur & factitabat medicinã. E diſcipulis ei⁹ clari nominis fuere, Magnus, Oribaſius, & Ionicus, qui veluti inter ſe partiti

τῶν δὲ ὀνομαστῶν ὁμιλητῶν

αὐτοῦ διαλαχόντες, οἱ μὲν τὸ ἕτερον, οἱ δὲ ἀμφότερα κατελείφθησαν· ἐκράτουν δὲ ὅμως καὶ καθότι ἐκληρονόμησαν ἔργου γε καὶ λόγου.

ΜΑΓΝΟΣ.

Οὗτος ἐκ μὲν Ἀντιοχείας ἦν γεγονὼς τῆς ὑπὲρ τὸν Εὐφράτην, ἣν νῦν Νίσιβιν ὀνομάζουσιν. ἀκροατὴς δὲ γενόμενος Ζήνωνος, καὶ τῇ περὶ τῶν σωμάτων τῶν προαιρετικῶν φύσει τὴν Ἀριστοτέλους εἰς τὸ δύνασθαι λέγειν συνεφελκυσάμενος, σιωπᾶν μὲν ἐν τῷ λέγειν τοὺς ἰατροὺς ἠνάγκαζε· θεραπεύειν δὲ οὐκ ἐδόκει δυνατὸς εἶναι καθάπερ λέγειν. ὥσπερ οὖν οἱ παλαιοὶ φασὶν Ἀρχίδαμον, εἰ Περικλέους εἴη δυνατώτερος ἐρωτώμενον, ἀλλὰ καὶ καταβάλλω Περικλέα φάναι λέγοντα ἐκεῖνα, ὅτι μὴ καταβέβληται νενίκηκεν, οὕτω καὶ τοὺς θεραπευθέντας ὑφ' ἑτέρων, ἀπεδείκνυ Μάγνος ἔτι νοσοῦντας. οἱ δὲ ὑγιαίνοντες καὶ ἐρρωμένοι, χάριν ὡμολόγουν τοῖς θεραπεύσασιν· ἀλλ' ἐκράτει τῶν ἰατρῶν μέχρι τοῦ στόματος καὶ τῶν ζητήσεων· καὶ διδασκαλεῖον μὲν ἐξῄρητο κοινὸν αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν

præceptoris ſtudia, hic vnum, alius vtrunque relicti ſunt: in pretio tamen viguere omnes, quatenus præceptoris operam medicam, & artis profeſſionem ſucceſſione adierunt.

MAGNVS.

MAGNVS oriundus fuit Antiochia, quæ trans Euphratē ſita, Niſibis nunc appellatur, Zenonis auditor, qui natiua mole Ariſtotelē prouocare potuit ad differēdū de corporib. electiuis, & quib. ad arbitrium vires ſuppetunt. In dicendo cogebat Medicos tenere ſilentiū, ſed non perinde medendi arte pollebat. Quemadmodum autē memorant veteres Archidamum interrogatū, nūquid Periclem viribus ſuperaret: reſpondiſſe, Quin vbi Periclem proſtrauero, mox vicit, humi ſe deiectum fuiſſe negans: Eodem modo curatos ab aliis Magnus demonſtrabat adhuc morbo teneri: cumque priſtinæ valetudini redditi & iam ſoſpites Medicis ſuis gratiam habere ſe teſtarentur, ille verbis & quæſtiunculis obiectis, os Medicis obſtruebat. Delecta fuit & inſtituta Alexandriæ ſchola publica vbi doceret,

ἐ πάντες ἔπλεον ἢ παρ' αὐτὸν ἐφοίτων. ὡς θαυμάσαντές τι μόνον ἢ λαπόμενοι τῶν παρ' ἐκείνου κηδῶν· ἢ ἀποτυγχάνειν οὐ συνέβαινεν αὐτοῖς· ἢ γὰρ τὸ λέγειν ἐκέρδαινον, ἢ καὶ τὸ δύνασθαι ποιεῖν τι ἢ ἐνεργεῖν διὰ τῆς σφετέρας ἐπιμελείας, προσελάμβανον.

ΟΡΙΒΑΣΙΟΣ.

Ὀριβάσιον δὲ Πέργαμος ἤνεγκε· καὶ τοῦτο εὐθὺς οὐ πρὸς συνετέλει πρὸς δόξαν, ὥσπερ τοῖς Ἀθήνησι γεγονόσιν, ὅτ' ἂν εὐδοκιμῶσι κατὰ τοὺς λόγους, πολὺς ἄνω χωρεῖ λόγος, ὅτι Ἀττικὴ μοῦσα, καὶ [τὸ] ἀγαθὸν οἰκεῖον· ἑκατέρων δὲ εὖ πεφυκώς, ἐκ παιδὸς ἦν ἐπιφανής, πάσης παιδείας μετεσχηκώς, ἣ πρὸς ἀρετὴν συμφέρεται καὶ τελεῖ. προϊὼν δὲ ἐς ἡλικίαν, ἀκροατής τε ἐγένετο τοῦ μεγάλου Ζήνωνος, καὶ Μάγνου συμφοιτητής. ἀλλὰ τὸν Μάγνον ἀπολιπὼν παλαίοντα τοῖς νοήμασιν αὐτὸς καὶ ἐν τούτοις δὲ ἄριστος ὤν, καὶ πρὸς τὸ ἄκρον ἐκδραμὼν τῆς ἰατρικῆς, τὸν πάτριον ἐμιμεῖτο θεόν, ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν ἐς τὴν μίμησιν ὑπελθεῖν τοῦ θείου.

ad quem peregre & nauigio & terrestri itinere confluebāt omnes, vel contēplandi solum hominis caussa, vel vt ex abundanti eius fructū aliquem decerperent, quod ipsum nūquam fefellit illos: aut enim in lucro ponebant loquentiam, aut insuper apponebant posse aliquid industria sua præstare aut facere.

ORIBASIVS.

Oribasivm patria Pergamus tulit, qui natales gloriam eius auxere, perinde vt nati Athenis, patriæ gloria splendorem assequuntur, si eloquentia clari habeantur, fama ferente Atticam esse Musam & domesticum ornamentum. Honestis natus parētibus à pueritia clarum nomē adeptus fuit, ob haustam liberalium artium doctrinam, quę & ad virtutem conducit, & momentum omne confert. iuueniles annos ingressus, auditor fuit eximij Zenonis, Magni cōdiscipulus, quem à tergo reliquit, cum reddendis sensis luctātem, qua in re ipse præcellebat. Itaq; ad artis medicæ summum fastigium curriculo ibat, patrium deum imitatus, quatenus mortali Deū imitatiōe assequi licet.

ἐκ μειρακίου δ' ἐπιφανὴς γενόμενος, Ἰουλιανὸς μὲν αὐτὸν εἰς τὸν καίσαρα προϊὼν συνήρπασεν ἐπὶ τῇ τέχνῃ· ὁ δὲ τοσοῦτον ἐπλεονέκτει ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς, ὥστε καὶ βασιλέα τὸν Ἰουλιανὸν ἀπέδειξε· καὶ ταῦτά γε ἐν τοῖς κατ' ἐκεῖνον ἀκριβέστερον εἴρηται. ἀλλ' οὐδὲ κορυδαλλὶς ἡ παροιμία φησὶν ἄνευ λόφου, οὐδὲ Ὀρειβάσιος ἦν ἄνευ φθόνου· ἀλλὰ διὰ τὴν ὑπεροχὴν τῆς δόξης οἱ μετὰ Ἰουλιανὸν βασιλεύοντες, τήν τε οὐσίαν ἀφείλοντο καὶ διαφθεῖραι τὸ σῶμα βουληθέντες, τὸ μὲν ἔργον ὤκνησαν· ἑτέρως δὲ ἔπραξαν ὅπερ ᾐσχύνοντο· ἐξέθεσαν γὰρ αὐτὸν εἰς τοὺς βαρβάρους, ὥσπερ Ἀθηναῖοι τοὺς κατ' ἀρετὴν ὑπερέχοντας ἐξωστράκιζον· ἀλλ' ἐκείνοις μὲν τὸ τῆς πόλεως ἐκβαλεῖν ὁ νόμος ἔλεγε, καὶ προσῆν οὐδέν· οἱ δὲ βασιλεύοντες, καὶ τὸ παραδοῦναι τοῖς ὠμοτάτοις βαρβάροις ἐπέθεσαν· ἐκείνους ποιοῦντες κυρίους τοῦ σφετέρου βουλήματος. Ὀρειβάσιος δὲ ἐντεῦθεν ἐς τὴν πολεμίαν, ἔδειξε τῆς ἀρετῆς τὸ μέγεθος,

Cum vero illustris eius esset ab adolescentia fama, Iulianus ad Cæsaris titulum viam affectans, artis nomine secũ abripuit medicum: qui tantum in ceteris quoque excelluit virtutibus, vt ad Imperium etiam Iulianum euexerit: quæ res in Annalium historia exactius perscripta est. Verum vt sine crista non est alauda (quod loquitur parœmia) ita non caruit inuidia Oribasius: siquidem propter famæ celebritatem Imperatores Iulianum subsecuti, facultates illi omnes eripuerunt, & de medio tollere conati, supersederunt incepto: facinus tamen pudendum atque indignum alioqui fecere, inter Barbaros eum ad necem exponentes, quomodo Athenienses commutatis testulis optimum quemque & virtute præditum exilio multabant. At his leges patriæ dictabant, permittebántque solum ciuitate expellere, nihilque accedebat aliud: Impp. vero exilio insuper adiecerunt, quod immanissimæ barbarorum gẽti in manus traditus sit: qua re quid aliud quam suorum consiliorum participes illos fecere. Oribasius in hostilem terrã expositus, edidit virtutis eximiæ specimen,

ἐν τόποις ὁριζομένης, οὐδὲ χαραττομένης ἤθεσιν, ἀλλὰ τὸ στάσιμον καὶ μόνιμον ἐπιδεικνυμένης, κατ' τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν, κἂν ἀλλαχόθι κἂν παρ' ἄλλοις φαίνηται, ὥσπερ τοὺς ἀριθμούς φασι καὶ τὰ μαθήματα. εὐδοκίμει τε γὰρ εὐθὺς παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῶν βαρβάρων, καὶ ἀνὰ τοὺς πρώτους ἦν· καὶ κατὰ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀποβλεπόμενος, παρὰ τοῖς βαρβάροις προσεκυνεῖτο καθάπερ τις θεός· τοὺς μὲν ἐκ νοσημάτων χρονίων ἀνασώζων· τοὺς δὲ, ἀπὸ τῆς τοῦ θανάτου πύλης διακλείων. καὶ ἦν αὐτῷ τὸ τῆς λεγομένης συμφορᾶς, εὐδαιμονίας ἁπάσης πρόφασις. ὥστε καὶ οἱ βασιλεύοντες ἀπαγορεύσαντες μάχεσθαι πρὸς τὴν διὰ πάντων τοῦ ἀνδρὸς δύναμιν, ἐπανιέναι συνεχώρησαν. ὁ δὲ, ὡς ἔτυχε τῆς ἐπανόδου, μόνον ἑαυτὸν ἔχων ἀντὶ πάσης οὐσίας, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς πλοῦτον ἐπιδεικνύμενος, γυναῖκά τε ἠγάγετο τῶν κατὰ πλοῦτον ἐπιφανῶν καὶ γένος· καὶ παῖδας ἔσχε τέτταρας, οἵτινές εἰσί τε καὶ εἴησαν, αὐτός τε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον τῆς γραφῆς ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ

non locorum ſpatio definitæ, non domiciliis circunſcriptæ, ſed quæ animi conſtantiam & firmitatem oſtendit, quæ per ſe ipſa actuoſa efficacitatem ſuam prodit, vbi tandem cumque extiterit: quemadmodum numeri ſolent & artes mathematicæ. Statim namque apud Barbaros reges clarum conſecutus nomen, inter primores habitus eſt, excitato etiam in Romani imperii finibus ingente ſui deſiderio. Barbaris vt numen quoddam eum colentibus, dum hos longis morbis implicitos ſeruat, illos à mortis veſtibulo reuocatos educit: nimirum prædicta iam calamitas, fortunarum felicitatiſque omnis ianuam & occaſionem illi aperuit. Quare Imp. repudiato oppugnandi viri conſilio, cuius vbique virtus eminebat, reditum ei confecerunt. Ille adeptus redeundi poteſtatem, & vniuerſæ ſubſtantiæ loco ſolum ſe habens, virtutiſque opes oſtentans, vxorem duxit diuitiis & genere claram, quaternoſque ex ea habuit liberos qui ſuperſunt, & vt incolumes maneāt Deos rogo. quin & ipſe, quo tēpore iſta ſcribo, inter homines eſt,

τε καὶ εἶναι. διὰ τὸν ἀρχαῖον πλοῦτον ἐκ τῶν δημοσίων ἀνακομισάμενος, τῶν μετὰ ταῦτα βασιλέων συγκεχωρηκότων, ὡς ἐπ' ἀδίκῳ τῇ προτέρᾳ κρίσει. ταῦτα μὲν οὖν ἐστὶ καὶ οὕτως ἔχει. Ὀρειβασίῳ τε συντυχεῖν, ἀνδρός ἐστι φιλοσοφοῦντος γενναίως, ὥστε εἰδέναι τί περὶ τῶν ἄλλων θαυμαστέον· τοσαύτη τις ἡ διὰ πάντων ἐστὶ περιϊοῦσα καὶ περιτρέχουσα ταῖς συνουσίαις ἁρμονία καὶ χάρις.

ΙΩΝΙΚΟΣ.

Ἰωνικὸς δὲ ἦν μὲν ἐκ Σάρδεων, καὶ πατρὸς ἰατρεύσαντος ἐπιφανῶς. Ζήνωνος δὲ ἀκροατὴς γενόμενος, εἰς ἄκρον τε ἐπιμελείας ἐξίκετο· καὶ Ὀρειβάσιός γε αὐτοῦ θαυμαστὴς ἐτύγχανεν· ὀνομάτων δὲ πάντων ἰατρικῶν ἐμπειρότατος γενόμενος καὶ πραγμάτων, κρείττων ἦν ἐν τῇ καθ' ἕκαστον πείρᾳ, τῶν τε τοῦ σώματος μορίων ἄκρως δαημονέστερος γενόμενος, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐξεταστικός. οὐκοῦν οὐδὲ φαρμάκου τινὸς ἔλαθε κατασκευὴ αὐτὸν καὶ κρίσις, οὐδ' ὅσα ἐμπλάττουσιν οἱ τεχνικώτατοι τοῖς ἕλκεσι· τὰ μὲν τὴν ἐπιρροὴν

vtque sit, eosdem obsecro. Recuperauit quoque ex ærario pristinas opes, abolita Imperatoribus indulgentibus priore, qua ceciderat, sententia. Atque ista quidem ita se habent. Certe non cuiusuis, sed eximii philosophi est, cum Oribasio agere & colloqui, vt sciat quid præ aliis admirari debeat: tanta est harmonia & gratia in omnibus diffusa & coniuncta ipsius congressibus & colloquiis.

IONICVS.

IONICVS Sardianus fuit, patre insigni Medico genitus, auditor Zenonis, qui ad summam diligentiam & industriam peruenit, admiratore illius Oribasio, nominum medicinalium pariter & rerum experientissimus, adhuc potior in singularibus experimentis: eximie peritus corporis membrorum, & humanæ naturæ indagator summus: nullius pharmaci compositio aut iudicium latebat eum: non vnguenta aut emplastra, quæ vlceribus illinunt artis periti, cum ad cohibendum materiæ affluxum, tum ad discutiendum virus quod influxit, eundem fugiebant: egregius inuētor

ἐπέχοντες, τὰ δὲ τὴν ἐμπεσοῦσαν διασκιδνάντες, ἐκεῖνον ἤλαυνεν. ἀλλὰ καὶ δῆσαι τὸ πεπονθὸς μόριον οὐ ῥίψαι τοῖς μέρεσιν εὑρετικώτατός τε ἦν καὶ διεζητασμένος. ἔργα τε οὖν καὶ ὀνόματα τούτων ἠπίστατο, ὥστε τοὺς μεγαλοφρονοῦντας ἐπὶ τῇ θεραπείᾳ ἐξίστασθαι πρὸς τὴν ἀκρίβειαν, καὶ φανερῶς ὁμολογεῖν, ὅτι συντυγχάνοντες Ἰωνικῷ, τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς εἰρημένα μανθάνουσιν ἔργῳ, καὶ πρὸς τὴν χρείαν ἐξάγουσιν, ὥσπερ ὀνόματα κρυπτόμενα μέχρι τῆς γραφῆς. τοιοῦτός τε ὢν κατὰ τὴν ἐπιστήμην, καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἅπασαν ἔρρωτο, καὶ πρὸς θειασμόν, ὅσος τε ἐξ ἰατρικῆς εἰς ἀνθρώπους ἥκει τῶν καμνόντων εἰς πρόγνωσιν· καὶ ὅσος ἐκ φιλοσοφίας παραβλαστάνων, εἰς τοὺς δυναμένους ὑποδέχεσθαι σώζειν ἀπολήγει καὶ διασπείρεται. ἐμεμέλητο δὲ αὐτῷ καὶ ῥητορικῆς ἀκριβείας, καὶ λόγων ἁπάντων τέχνης. οὐκ ἦν δὲ ποιήσεως ἀμύητος. ἀλλ' ἐτελεύτα μικρὸν πρὸ τῆς γραφῆς ἐπὶ δύο παισὶν ἀξίοις λόγου τε καὶ μνήμης. καὶ Θέων δέ τις ἐν Γαλατίᾳ

& gnarus artis obligandi affecta membra, ne ab aliis secarentur. Horum omnium nomina cum rebus pernouerat, ita vt magni etiam nominis viri in curandis corporibus absolutam eius diligentiam stuperent, verbisque claris profiterentur, se industria Ionici intelligere, neque ipsa discere quæ à priscis medicis sint prodita, atque in vsum conuertere, non aliter quam voces, quarum scriptura vetustate fuerit obliterata. Eiusmodi vir cum esset, in omne scientiæ ac philosophiæ genus studiose incubuit, & diuinationi vtrique, tum illi quæ beneficio medicæ artis, præsagium valetudinis in ægrotis capessit, tum alteri quæ philosophiæ instinctu desinit disseminaturque in eos qui possunt clandestino modo tueri & conseruare. Studiose etiam oratoriam & logicam artes excoluit, neque poeticæ facultatis rudis. Morte absumptus est paulo ante, quam hunc commentarium instituimus, relictis duobus filiis laude ac memoria sempiterna dignis. Hoc tempore Theon quidam in Gallia

κατὰ τούτους τοὺς καιροὺς πολλῆς δόξης ἔτυχεν. ἐπανιτέον δὲ ἐπὶ τοὺς φιλοσόφους πάλιν ὅθεν ἐξέβημεν.

ΧΡΥΣΑΝΘΙΟΣ.

Ταυτησὶ τῆς γραφῆς αἴτιος ἐγένετο Χρυσάνθιος, τόν τε γράφοντα ταῦτα πεπαιδευκὼς ἐκ παιδὸς, καὶ διασώζων εἰς τέλος, ὥσπερ νόμον τινὰ τὴν περὶ αὐτὸν εὔνοιαν. ἀλλ' οὐδέν γε διὰ τοῦτο ῥηθήσεται πρὸς χάριν. ἐκεῖνός τε γὰρ ἀλήθειαν ἐτίμα διαφερόντως, καὶ τοῦτο πρῶτον ἐπαίδευεν· ἡμεῖς τε οὐ διαφθεροῦμεν τὴν δοθεῖσαν δωρεάν, πλὴν εἴ πού τι καὶ ὑφησόμεθα ἐπὶ τὸ καταδεέστερον ἄγοντες, ἐπειδὴ ταῦτα συνωμολογήσαμεν. τὴν μὲν οὖν εἰς βουλὴν τελούντων ἦν ὁ Χρυσάνθιος, καὶ τὴν ἀξίαν τοῖς πρώτοις ἐπ' ἀξίᾳ φερομένων· ἐγεγόνει δὲ αὐτῷ πάππος, Ἰννοκέντιός τις, εἴς τε πλοῦτον ἥκων οὐκ ὀλίγον καὶ δόξαν ὑπὲρ ἰδιώτην τινὰ λαχών, ὅς γε νομοθετικὴν εἶχε δύναμιν παρὰ τῶν τότε βασιλευόντων ἐπιτετραμμένος. καὶ βιβλία γε αὐτοῦ διασώζεται, τὰ μὲν εἰς τὴν Ῥωμαίων γλῶσσαν,

illustrem famam consecutus est. Sed reuertamur iterum ad philosophos, vnde veluti è diuerticulo digressi sumus.

CHRYSANTHIVS.

Hvivsce commentarii scribendi auctor fuit Chrysanthius, qui ab ineunte ætate scriptorem erudiit, & ad finem vsque beneuolentiam erga illum conseruauit, ceu legem quampiam: nihil tamen ob id in gratiam dicetur: siquidem ille mirum in modum veritatem coluit, idque ante omnia puero instillauit: nos tamen præstitum beneficium non iactabimus aut nimium extollemus, quin submissius moderatiusque de illo agemus, quandoquidem inter nos ita conuenit ex pacto. Chrysanthius ordinis fuit senatorij, & nobilitate suæ ciuitatis facile princeps: auus illi fuit Innocentius vir copiosus & locuples, existimatione quam priuati hominis, superiore, & cui condendarum legum arbitrium & auctoritas Impp. consensu commissa fuerat. Supersunt eius libri & Romana & Græca lingua

τὰ δ'

τὰ δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα φέροντα· τό τε ἐξεταστικὸν καὶ βαθὺ τῆς γνώμης ἑρμηνεύοντα· καὶ τὴν περὶ ταῦτα κατάληψιν τοῖς ταῦτα βουλομένοις θαυμάζειν συνειληφότα. Χρυσάνθιος δὲ αὐτὸς, νέος ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἀπολειφθεὶς, καὶ φιλοσοφίας ἔρωτι διὰ φύσεως θειότητα, πρός τε τὸ Πέργαμον καὶ τὸν μέγαν Αἰδέσιον συνέτεινεν· ἀκμάζοντι δὲ πρὸς μετάδοσιν σοφίας διψῶν, περιτυχὼν, χανδὸν ἑαυτὸν ὑποθεὶς, ἐνεφορεῖτο τῆς τοιαύτης σοφίας τυχούσης· οὔτε πρὸς ἀκρόασιν ἀπαγορεύων τινὰ, οὔτε εἰς μελέτην ἥττων τινὸς φαινόμενος. καὶ γὰρ ἔτυχεν ἀτρύτου καὶ ἀδαμαντίνου σώματος, ἐς πᾶσαν ἄσκησιν ὑπουργεῖν εἰωθότος. ὁ δὲ, τῶν τε Πλάτωνος καὶ τῶν Ἀριστοτέλους λόγων μεταλαβὼν ἱκανῶς, καὶ πρὸς πᾶν εἶδος φιλοσοφίας τρέψας τὴν ψυχὴν, καὶ πᾶν εἶδος ἀναλεξάμενος, ὡς περὶ τὴν γνῶσιν τῶν ἐν τοῖς λόγοις ὑγίαινε καὶ ἔρρωτο, καὶ τῇ συνεχεῖ χρήσει, πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῶν ἕτοιμος ὑπῆρχε· καὶ πρὸς ἐπίδειξιν ἐθάρσει τοῦ κατορθουμένου, τὰ μὲν εἰπεῖν, τὰ δὲ σιωπῆσαι δυνάμενος·

perſcripti, qui peracre viri in expendēdis rebus iudicium & ingenij acumen teſtātur, earūq; rerū cognitionē cōtinēt illis qui talium admiratione capiuntur. Chryſanthius iam tum adoleſcens mortuo patre derelictus, & philoſophiæ amore inflammatus, ob naturæ diuinum ardorē, Pergamū ad magnū illum Ædeſiū contendit. vtque eruditionis ſiti flagrabat, incidens in virū, qui in tradenda ſua doctrina adultior florebat, patulas ſiti fauces ſubiiciens, expleuit ſe atque ingurgitauit doctrina illa neutiquam vulgari, nullā aſpernatus prælectionem, neque in aſſidua diligentia cuiquam cedens. Erat enim corpore firmo, laboris tolerantiſſimo, planeq; adamātino, ad quoduis exercitij genus ſubeundū aſſuefacto. Huic, poſtquam Platonis & Ariſtotelis doctrina abunde imbutus, vniuerſæ philoſophiæ animum applicaſſet, ac relectis percurſiſq; rerū ſpecieb. omnibus, in eloquentiæ cognitione vires ac robur collegiſſet, ea in facultate expeditus prōmptúſque continuo vſu redditus, non defuit animus in edēdo felici ſpecimine, quippe loquendi & tacendi potens, & quo principatum obtineret,

καὶ πρὸς τὸ δύνασθαι κρατεῖν, εἴπου βαθεῖν τυγχάνων πομπικώτερος. ἐντεῦθεν ἀφῆκεν αὐτὸν ἐπὶ θεῶν γνῶσιν καὶ σοφίαν, ἧς Πυθαγόρας τε ἐφρόντιζε, καὶ ὅσοι Πυθαγόραν ἐζήλωσαν. Ἀρχύτας τε ὁ παλαιὸς, καὶ ὁ ἐκ Τυάνων Ἀπολλώνιος, καὶ οἱ προσκυνήσαντες Ἀπολλώνιον· οἵτινες σῶμά τε ἔδοξαν ἔχειν καὶ εἶναι ἄνθρωποι. καὶ πρὸς ταῦτα γε Χρυσάνθιος ἐπιθὺς ἀναδραμὼν, καὶ πρώτης τινὸς λαβῆς ἐπιδραξάμενος, ταῖς ἀρχαῖς αὐταῖς ἡγεμόσι χρώμενος, εἰς τοσοῦτον ἐκουφίσθη τε καὶ ἀνηγέρθη περὶ τὸ τῆς ψυχῆς τελείωμα, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ὥστε πᾶν μὲν εἶδος αὐτῷ παντοίας παιδείας εἰς ἄκρον ὑπάρχειν, καὶ πᾶσαν κατορθοῦσθαι πρόγνωσιν· ὁρᾶν γοῦν ἄν τις αὐτὸν ἔφησε τὰ ἐσόμενα μᾶλλον, ἢ προλέγειν τὰ μέλλοντα, οὕτως ἅπαντα διῄθει καὶ συνελάμβανεν, ὡσανεὶ παρών τε καὶ συνὼν τοῖς θεοῖς. χρόνον δὲ ἱκανόν τινα περὶ ταῦτα διατρίψας, καὶ συναθλήσας τῷ Μαξίμῳ πολύ τι, τὸν κοινωνὸν ἀπέλιπεν. ὁ μὲν γὰρ ἔχων τὶ φιλόνεικον ἐν τῇ φύσει καὶ δυσεκβίαστον

si quando altiora tentaret, pompam in dicendo & fastum adhibuit. Postea ad Deorum cognitionem totũ se dedit, & eam sapientiam, in quam Pythagoras eiusq; sectatores curas suas vniuersas contulerunt, & priscus ille Archytas cum Apollonio Tyaneo, quotquot denique pro deo nunc coluere, diuini plane homines, qui tamen mortales esse & corporibus induti videbantur. Ad hęc studia contendens recta Chrysanthius, prima quaque arrepta ansa, principiis ipsis pro suis ductoribus vsus, tãtopere sublevari attolliq; cœpit ab animi perfectione, ac (vti Plato nominat) lustratione, vt quęlibet etiam species illum ad omnigenã eruditionem perduceret, omnísque cõpotem redderet pręnotionis. Itaq; erãt qui melius futura cernere, quam prædicere, illum dictitabãt: ita distinctè cuncta & articulatè digerebat & cõplectebatur, tanquã si præsens cũ diis cõmerciũ haberet. Post cõtritã in hisce reb. bonã tẽporis partẽ, & exantlatos cũ Maximo non paruos labores, hunc consiliorũ suorũ sociũ dereliquit quod is natura cõtentiosior

τοῖς φαντεῖσι σημείοις παρὰ τῶν θεῶν ἀντιβαίνων, ἕτερα ᾔτει καὶ προσηνάγκαζεν. ὁ δὲ Χρυσάνθιος, τοῖς πρώτοις θεωμένοις, κατὰ μικρὸν ἐκ παρατροπῆς, ἐπὶ τὴν κίνησιν τῶν δοθέντων ἐβάδιζεν. εἶτα τυχὸν μὲν ἐνίκα· διαμαρτὼν δὲ τῷ φαινομένῳ τὸ παρὰ τῆς ἀνθρωπίνης βουλῆς ἐφήρμοζεν. οὕτω γοῦν καὶ ἡνίκα ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς ἄμφω μετεκάλει διὰ μιᾶς κλήσεως, καὶ οἱ πεμφθέντες στρατιῶται μετὰ τιμῆς τὴν Θετταλικὴν ἐπῆγον πειθανάγκην, ὡς ἔδοξε κοινωνήσας καὶ τοῖς θεοῖς τὸ ἔργον περιφανῶς, ὡς καὶ ἰδιώτην καὶ βάναυσον διακρῖναι τὰ σημεῖα, τοῦ θεοῦ τὴν ὁδὸν ἀπαγορεύσαντος. ὁ μὲν Μάξιμος ἐνεφύετο τοῖς ἱεροῖς, καὶ πολυιώμενος ἐπὶ τοῖς δρωμένοις, μετ' ὀλοφυρμῶν ἐνέκειτο, τυχεῖν ἑτέρων σημείων ἱκετεύων τοὺς θεούς, καὶ μεταθεῖναι τὸ εἱμαρμένα. καὶ πολλά γε ἐπὶ πολλοῖς αὐτῷ διατεινομένῳ καὶ παρακλίνοντι, ὡς ἐζήτει ὁ Χρυσάνθιος· ἡ βούλησις τελευτῶντι τὰ φαινόμενα ἐκεῖνα· καὶ τὸ δοκοῦν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐφαίνετο,

& ingenio cõtumacior prodigiis diuinitus factis resiliens, alia atque alia petere atque extorquere non desisteret. E diuerso Chrysanthius, vbi prima viderat, sẽsim veluti persuasione adductus, edita sequebatur prodigia: tũ si res ita ferebat, aut victoriam reportabat, aut si falsus fuisset, consiliũ humanum applicabat, & cum his quæ viderat componebat. Hinc est, quod quo tempore Iulianus Imp. vnis litteris vtrumque euocarat, & satellites honoris caussa missi, Thessalicã adhiberent persuasionem cum necessitate coniũctã, visus est ita manifeste cum diis cõmunicare, vt priuatus quiuis & sedentarius è plebe opifex, iudicium de prodigiis dare facile posset, Deo iter abnuente. Contra Maximus victimis affixus inhærebat, ac post peracta etiam rite sacra, quiritãs eiulatus ciere persistebat, deos identidem obtestans, vt alia signa obtineret, fatumque differretur. Quare illo frequenter & obnixe cõtendẽte & multa auersante, rursus Chrysanthio factum à diis deprecante, ad vltimum tamen voluntas deorũ manifestis signis noscebatur, illorumq; consilium per victimas se prodebat,

οὐ τὸ φανὲν ἐδόξαζεν. οὕτως οὖν ὁ μὲν ὥρμησε τὴν ἀρχέκακον ἐκείνην καὶ ἀποδημίαν. ὁ δὲ Χρυσάνθιος, ἔμεινε κατὰ χώραν· καὶ τὰ πρῶτα μὲν ὁ βασιλεὺς ἤλγησεν ἐπὶ τῇ μονῇ, καί πού τι καὶ τῶν ἀληθῶν προσυπενόησεν, ὡς οὐκ ἂν ἠρνήσατο Χρυσάνθιος τὴν κλῆσιν, εἰ μή τι δυσχερὲς ἐνεῖδε τοῖς μέλλουσιν. ἔγραφεν οὖν καὶ πάλιν μετακαλῶν· καὶ οὐ πρὸς αὐτὸν μόνον αἱ παρακλήσεις ἦσαν. ὁ δὲ τὴν γυναῖκα συμπείθειν τὸν ἄνδρα διὰ τῶν γραμμάτων ἐνῆγε· καὶ πάλιν ἦν πρὸς τὸ θεῖον ἀναφορὰ παρὰ τοῦ Χρυσανθίου, καὶ τὰ παρὰ τῶν θεῶν οὐκ ἔληγεν εἰς ταυτὸ συμφερόμενα. ὡς δὲ πολλάκις τοῦτο ἦν [καὶ ὁ] . . ὁ μὲν βασιλεὺς ἐπῄτει· ὁ δὲ Χρυσάνθιος τὴν ἀρχιερωσύνην τοῦ παντὸς ἔθνους λαβὼν, καὶ τὸ μέλλον ἐξεπιστάμενος σαφῶς, οὐ βαρὺς ἦν κατὰ τὴν ἐξουσίαν, οὔτε τοὺς νεὼς ἐγείρων, ὥσπερ ἅπαντες θερμῶς καὶ περικαῶς εἰς ταῦτα συνέθεον, οὔτε λυπῶν τινας τῶν Χριστιανῶν περιττῶς·

ſed quod apparuerat, non itidem illius opinione confirmabatur. Itaque vt Maximus iter illud & peregrinationem, calamitatis omnis fontem, ingreſſus eſt: ita Chryſanthius domi remanſit: primoque Imperatorem admiratio tenuit de cunctationis cauſſa: & certè veras quaſdam rationes excogitauit, quaſi repudiaturus vocantis auctoritatem non fuerit Chryſanthius, ni in futurum difficultatis aliquid proſpexiſſet: quæ cauſſa fuit cur ſecundo Iulianus eum accerſiuerit per literas adhortatorias, non ad ſolum eum ſcriptas, ſiquidem inſiſtebat vt marito vxor profectionem ſuaderet. Quare denuo ad cæleſtia numina recurrit Chryſanthius, neque dij ſigna eodem facientia oſtendere ceſſarunt. Quod cum ſæpenumero accideret, atque interim præſentiam viri efflagitaret Imperator, primarium totius illius ditionis Pontificatum Chryſanthius adeptus eſt, certúſque de rerum euentu, in munere tamen ſuo non moroſe ac ſuperbe ſe geſſit, iunioribus vrgendo haud grauis, (ſicut plerique omnes in vnum conſentientes calide feruentérque faciundum cenſebant) neque Chriſtianis moleſtus admodum:

ἀλλὰ τοσαύτη τις ἦν ἁπλότης τοῦ ἤθους, ὡς κατὰ Λυδίαν μικροῦ καὶ ἔλαθεν ἡ τῶν ἱερῶν ἐπανόρθωσις. ὡς γοῦν ἑτέρωσε τὰ πρότερα ἐχώρησεν, οὐδὲν ἐδόκει παρῆχθαι νεώτερον, οὐδὲ πολύ τι καὶ ἄθρόον κατὰ τὴν μεταβολὴν ἐφαίνετο· ἀλλ᾽ ἐπιεικῶς ἐς ὁμαλότητα τινὰ καὶ ἀκινησίαν ἅπαντα συνέστρωντο, καὶ μόνος ἐθαυμάζετο τῶν ἄλλων ἁπάντων ὥσπερ ἐν κλύδωνι κινουμένων· καὶ τῶν μὲν ἐξαπιναίως καταπεπληγότων, τῶν δὲ πρότερον ταπεινῶν ἀνεστηκότων· ἐθαυμάσθη γοῦν ἐπὶ τούτοις, ὡς οὐ μόνον δεινὸς τὰ μέλλοντα προνοεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς γνωσθεῖσι χρήσασθαι· ἦν δὲ τὸ πᾶν ἦθος τοιοῦτος ἢ πρὸς τὸν Πλατωνικὸν Σωκράτην ἀναπεφυκώς· ἢ κατά τινα ζῆλον καὶ μίμησιν ἐκ παιδὸς αὐτῷ γινομένην, ἐς ἐκεῖνον συνεσχηματισμένος. τό τε γὰρ ἐπιφαινόμενον ἁπλοῦν καὶ ἀφελὲς καὶ ἀδιήγητον ἐπεκάθητο τοῖς λόγοις· ἥ τε ἐπὶ τούτοις ἀφροδίτη τῶν ῥημάτων κατέθελγε τὸν ἀκροώμενον. πᾶσί τε εὔνους ἦν κατὰ τὴν συνουσίαν· καὶ τῶν ἀπιόντων ἕκαστος ὅτι φιλοτιμοῖτο, μᾶλλον ἀπῄει πεπεισμένος·

quippe tanta erat morum in eo lenitas atque simplicitas, vt per Lydiam propemodū ignorata fuerit sacrorum in pristinum restitutio. Eo factum est, vt cum priora aliter cecidissent, nihil innouatum, neque mutatio insignis aut magna accepta videretur, sed præter expectationem cuncta placide, æquabiliter, & tranquille sopirētur, & ceteris sursum ac deorsum ceu tempestate iactatis, solus esset admirationi: nonnullis re subita consternatis: aliis rursū fractos & demissos antea animos erigentibus. Ob ista cunctis admirationem mouit, vt qui nedū futura prouidere, sed cognitis insuper recte sciret vti. In tota vitæ ratione eiusmodi fuit, vt aut cū Platonico Socrate renatus videri possit, aut æmulatione quadā & imitatione à puero ad illius mores totum se conformarit: etenim inaffectata simplicitas, & inenarrabilis quædā facilitas sermoni eius in speciem insidebat, audientiū tamen aures demulcebat verborū venustas. Comis in cōgressu erga omnes erat, adeo vt qui ab eo digrediebātur, ambitiōe quadam id facere crederēt.

ὥσπερ οὖν τὰ κάλλιστα καὶ γλυκύτερα τῶν μελῶν, πρὸς πᾶσαν ἀκοὴν ἡμέρως καὶ πράως καταρρεῖ καὶ διολισθαίνει, καὶ μέχρι τῶν ἀλόγων διικνούμενα, καθάπερ φασὶ τὸν Ὀρφέα, οὕτω καὶ Χρυσανθίου λόγος πᾶσιν ἦν ἐναρμόνιος, καὶ τοσαύταις διαφοραῖς ἠθῶν ἐνέπρεπε καὶ καθηρμόζετο. δυσκίνητος δὲ ἦν περὶ τὰς διαλέξεις καὶ φιλονεικίας, ὅτι τοὺς μάλιστα τοὺς ἀνθρώπους ὑπολαμβάνων ἐκτραχύνεσθαι· οὐδ᾽ ἂν ῥᾳδίως ἤκουσέ τις αὐτοῦ τὴν παιδείαν ἣν εἶχεν ἐπιδεικνυμένου, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τοὺς ἄλλους οἰδοῦντος καὶ διογκουμένου· ἀλλὰ τά γε λεγόμενα ὑπ᾽ αὐτῶν ἐθαύμαζεν, εἰ καὶ φαύλως λέγοιτο· καὶ τὰ δοξαζόμενα καλῶς ἐπῄνει, καθάπερ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἀκούων, ἀλλὰ ἐς τὸ συμφωνικὸν διὰ τὸ μὴ λυπεῖν γεγονώς· εἰ δέ που τις, τῶν ἐπὶ σοφίᾳ προφερόντων παρόντων, ἐγένετο κίνησις, καὶ συμβάλλεσθαι τι τοῖς λεγομένοις ἔδοξεν αὐτῷ, πάντα ἦν ἡσυχίας μεστά, καθάπερ οὐ παρόντων ἀνθρώπων· οὕτως οὔτε τὰς ἐρωτήσεις, οὔτε τοὺς διορισμούς, οὔτε τὰς μνή-

Quemadmodũ igitur præstantiora & mollioribus numeris carmina, placidè ac leniter in cuiusque aures influunt seseque insinuant, etiam brutis allapsa (vti de Orpheo in fabulis est) ita quoque Chrysanthij sermo vniuersis erat modulatus & concinnus, & in tanta ingeniorum diuersitate conueniens ac congruus. Pertinacior tamen erat, nec de sententia facile discedebat, quod perciperet homines in disceptando altercandoque ob res grauissimas exacerbari. Neque facilè quis illum audisset eruditionem suam ostentantem, eoque nomine insolentius se efferentem aut arrogantia inflatum aduersus alios: imo ab iis dicta probabat, si vel perperam dicta forent: opinionémque licet absurdam laudabat, ac si ne auscultasset quidem omnino, sed ad annuendum esset natus, vt ne quem contristaret. Quod si quando in præsentia viri alicuius magnæ existimationis, orta commotiuncula, placuerat illi miscere se nonnihil disceptationi, plena silentij erant omnia, non secus quã si presens fuisset nemo: ita neque interrogatiões, neq; distinctiones, neque repetitiones

μας ὑπέμενον τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἀνέχαζον, ἔξω λόγου καὶ ἀντιρρήσεως ἑαυτοὺς φυλάττοντες, ὅπως μὴ καταφανεῖς ἁμαρτάνοντες γίνωνται· καὶ πολλοὶ τῶν μετρίως ἐγνωκότων αὐτὸν διὰ τοῦ βάθους τῆς ψυχῆς οὐκ ἀφιγμένων, κατηγορούντων τε ἀλογίαν, καὶ τὴν πραότητα μόνον ἐπαινούντων, ὡς ᾔσθοντο διαλεγομένου καὶ ἀνιπτάντος ἑαυτὸν εἰς δόγματα καὶ λόγους, ἕτερόν τινα τοῦτον ἐνόμισαν παρ' ὃν ᾔδεσαν· οὕτως ἀλλοιότερός τις ἐν ταῖς λογικαῖς κινήσεσιν ἐφαίνετο. τῆς τε τριχὸς ὑποφριττούσης αὐτῷ, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἑρμηνευόντων χορεύουσαν ἔνδον τὴν ψυχὴν περὶ τὰ δόγματα. εἰς μακρὸν δὲ γῆρας ἀφικόμενος, τὸν πάντα διετέλεσε βίον, οὐδενὸς τῶν κατ' ἀνθρώπους ἑτέρου φροντίσας, οἰκονομίας τινὸς ἢ γεωργίας, ἢ χρημάτων ὅσα δικαίως παραγίνεται· ἀλλὰ πενίαν μὲν ἔφερε ῥᾷον ἢ πλοῦτον ἕτεροι. διαίτῃ δὲ τῇ παρατυχούσῃ προσεκέχρητο· τῶν μὲν ὑείων οὐδέποτε, τῶν ἄλλων κρεῶν ἥκιστα γευόμενος· τὸ δὲ θεῖον θεραπεύων συντονώτατα, τῆς τῶν ἀρχαίων ἀναγνώσεως ἀπρὶξ εἴχετο·

illius exſpectabantur, ſed continebat ſeſe à diſputando, & contradictionis inhibebat impetum quilibet, ne culpæ & erroris manifeſti fierent. Adde quod non pauci ex his qui mediocriter eum cognorant, in mentis tamen penetrale altius non deſcenderant, accuſantes illius incuriam, ſolam animi manſuetudinem collaudantes, vbi differentem & ſeſe dogmatibus argumentíſque inuoluentem audierant, prorſus alium ab eo quem norant virum fuiſſe ſuſpicati ſunt: ita diuerſus planè à ſeipſo in dialecticis turbis videbatur: coma tunc illi horrore arrecta, & oculis animi quoddam tripudium circa dogmata occupati teſtantibus. Vitam exegit in prouectam & longam ſenectutem, nullius alterius rei ſatagens, quam œconomiæ à rerum domeſticarum cura dictæ, aut agriculturæ, aut pecuniariæ rei quæ honeſtè iuſtéque acquiritur. Inopiam tollerabat patientius, quam diuitias ceteri: victu vtebatur parabili: ſuilla nunquam, aliorum animalium carnibus parciſſimè veſcebatur. Deū aſſiduè colens, veterum lectioni mordicus inhærebat.

καὶ διέφερεν οὐδὲν νεότης τε καὶ γῆρας· ἀλλ' ὑπὲρ ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη, τοσαῦτα ἔγραφεν αὐτοχειρίᾳ, ὅσα μόλις ἀναγινώσκουσι νεάζοντες ἕτεροι. τοῦ γοῦν γράφοντος τὰ ἄκρα δακτύλων ὑπὸ τῆς ἀλήκτου μελέτης καὶ χρήσεως ἐνεκέκαμπτο. ἀνιστὰς δὲ ὑπὸ τῆς ἀσκήσεως, ταῖς τε δημοσίαις περιόδοις ἐπέρρωτο· καὶ τὸν τε ταῦτα γράφοντα παραλαβών, μακροὺς [μὲν] τοὺς περιπάτους, σχολαίους δὲ ἀπέτεινεν· ἔλαθέ τε ἄν τις περιαλγὴς τοὺς πόδας γενόμενος, οὕτως ὑπὸ τῶν διηγημάτων κατεθέλγετο. λουτροῖς δὲ ἐλάχιστα ἐνεχρῆτο· καὶ ὅμως ἐῴκει διὰ παντὸς ἄρτι λελουμένῳ. πρὸς δὲ τὰς τῶν ἀρχόντων συντυχίας, τὸ ὑπερφυὲς οὐκ ἦν δι' ἀλαζονείαν ὑπονοεῖν ἢ τύφον γινόμενον· ἀλλ' ἁπλότητα ἄν τις ὑπέλαβεν, ἀγνοοῦντος ἀνδρὸς ὅτι ἐστὶν ἐξουσία. οὕτω διελέγετο κοινῶς αὐτοῖς καὶ ἐπιδεξίως. τὸν δὲ ταῦτα γράφοντα ἐκπαιδεύσας νέον ἔτι ὄντα ἡνίκα ἐπανῆλθεν Ἀθήνηθεν, οὐκ ἔλαττον ἠγάπα, ἀλλὰ καὶ προσετίθει καθ' ἡμέραν

Nullum faciebat inter iuuentã & ſenium diſcrimen: ſiquidem octogenario maior propria manu tãtum librorum exarauit, quantum vix alij iuuenta florentes legũt. Quo factum eſt, vt extremi digitorum articuli ob iuge & indefeſſum ſcribendi ſtudium atq; exercitiũ curuati contractiq; fuerint. A ſtudio ſurgẽs animũ recreabat prodeambulando in viã publicam & militarem, aſſumpto huius libri ſcriptore, ſpatiaq; longa, ſed otioſe lenteq; emetiebatur: ita vt etiam potuerit vitio & ex dolore pedum laboraſſe videri, tantopere deliniebatur animus narrandi ſuauitate. Balneis rariſſime eſt vſus, ſemper tamen recens loto ſimilis videri poterat. Quod à magnatum ac procerum congreſſu abſtinuerit alienórque fuerit, non arrogantiæ aut faſtui tribuendũ id eſt, quin potius ruſticitas quędam aut ſimplicitas exiſtimari debet in eo, qui quid eſſet poteſtas ignorabat, ita vulgariter & minime diſſimulanter cum illis verba factitabat. Scriptorẽ huiuſce commentarij etiamnum adoleſcentulum, ad ſe Athenas profectũ inſtituẽs, non minore affectu quam ſi proprius fuiſſet filius, proſecutus eſt, & auxit in dies

τῷ διαφέροντι τῆς εὐνοίας, ἐς τοῦτο ἐνικήσας, ὥστε τὰ ἑωθινὰ μὲν ὁ συγγραφεὺς ἐπὶ ῥητορικοῖς λόγοις, ἑτέροις συνῆν, καὶ τοῖς δεομένοις ἐπαίδευεν· μικρὸν δὲ ὑπὲρ μεσημβρίας, ἐπαιδεύετο παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἰὼν διδάσκαλον τοὺς θειοτέρους καὶ φιλοσόφους τῶν λόγων, λώϊκα οὔτε ὁ παιδεύων ἔκαμνεν συνόντι συνών, τῷ τε ἐκδεχομένῳ τὰ μαθήματα, τὸ ἔργον ἦν πανήγυρις· τοῦ δὲ τῶν Χριστιανῶν ἐνικῶντος ἔργου, καὶ κατέχοντος ἅπαντα, διὰ μακροῦ τις ἀπὸ τῆς Ῥώμης εἰσεφοίτησεν ἄρχων τῆς Ἀσίας Ἰοῦστος ὠνομάζετο· πρεσβύτης μὲν ἤδη κατὰ τὴν ἡλικίαν· γενναῖος καὶ ἄλλως τὸ ἦθος, καὶ τῆς ἀρχαίας καὶ πατρίου πολιτείας οὐκ ἀπηλλαγμένος· ἀλλὰ τὸν εὐδαίμονα καὶ μακάριον ἐκεῖνον ἐζηλωκὼς τρόπον· θεοῖς τε ἱεροῖς ἦν ἀεὶ, καὶ μαντείας ἐξεκρέματο πάσης, μέγα φρονῶν ὅτι τούτων ἐπεθύμησέ τε καὶ κατώρθωσεν. οὗτος εἰς τὴν Ἀσίαν διαβὰς ἐκ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως, καὶ τὸν ἡγεμόνα τοῦ ἔθνους καταλαβὼν, Ἱλάριος ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο, συγκορυβαντιῶντα

ferentem illã ac prosperam beneuolentiæ auram, quæ tãtũ inualuit, quòd scriptor matutinas horas aliis impẽdebat, ac volentes docebat artẽ Rhetoricã, deinde mox à meridie ad primariũ suum præceptorem se cõferens, in cælestibus philosophicísque studiis instituebatur: quod tẽpus nec graue erat doctori, quòd in consuetudine cũ intime dilecto consumebatur: & huic optimarũ artiũ disciplinã accipienti ludus erat & quasi feriarũ dies. Inualescente iã latéq; omnia occupante religionis Christianæ negotio, lõgo itinere in Asiã Roma transiit prǽfectus Iustus nomine, iã prouectior ætate, vir alioquin egregius & spectatus moribus, qui veteres & patrios ritus nondũ exuerat, sed felicem illam & beatam viuẽdi formulam sequens magniq; faciẽs, rebus diuinis semper intererat, & ab oraculorum consultis omniq; diuinationum genere totus pendebat, hoc nomine animos tollẽs, quod eiusmodi desiderio census, in præclaro instituto perseuerasset. Hic in Asiam Constantinopoli cum traiecisset, nactus sui ingenij hominẽ, suiq; voti expectationem expleturum, gentis præsidẽ, Hilarium nomine,

πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν, βωμούς τε ἀνέστησεν αὐτοσχεδίους ἐν Σάρδεσιν, οὐ γὰρ ἦσαν αὐτόθι, καὶ τοῖς ἴχνεσι τῶν ἱερῶν, εἴπου τι ἴχνος εὑρέθη, χεῖρα ἐπιβάλλειν ἀνορθῶσαι βουλόμενος· δημοσίᾳ τε θύσας ἔπεμπε, καὶ συνελέγει τοὺς πανταχόθεν ἐπὶ παιδείᾳ δόξαν ἔχοντας. οἱ δὲ παρῆσαν θᾶττον ἢ κληθῆναι· τόν τε ἄνδρα θαυμάζοντες, καὶ καιρὸν τῆς σφῶν αὐτῶν ἐπιδείξεως ἡγούμενοι. τινὲς δὲ αὐτῶν ἐπὶ τῇ κολακείᾳ θαρροῦντες ὥσπερ παιδείᾳ, καὶ διὰ ταύτης ἐλπίζοντες ἢ τιμὴν ἢ δοξάριον, ἢ ἀργύριον ἀποκερδαίνειν· ἱερουργίας οὖν δημοσίᾳ προτεθείσης, παρῆσαν μὲν ἅπαντες, καὶ ὁ ταῦτα γράφων παρῆν. ὁ δὲ Ἰοῦστος ἐπιστήσας, καὶ τὴν τῶν ὀφθαλμῶν στάσιν ἐπερείσας· ἔκειτο δὲ τὸ ἱερεῖον ἐν ᾧ δήποτε τῷ σχήματι, καὶ τοὺς παρόντας ἀνηρώτα, τί βούλεται τὸ σχῆμα τοῦ πτώματος· ἔνθα οἱ μὲν κόλακες περιεφρύγοντο θαυμάζοντες, ὅτι καὶ ἀπὸ σχημάτων ἐστὶ μαντικός· καὶ μόνῳ παρεχώρουν ἐκείνῳ ταῦτα εἰδέναι. οἱ δὲ σεμνότεροι τὰς ὑπήνας καταψήσαντες ἄκροις τοῖς δακτύλοις,

Sardis (vbi nullæ erant) aras subito & tumultuario opere erexit, & templorum vestigiis, si qua inueniebantur, manus admouit vt reficerentur: publicéque perpetrato sacrificio, missis litteris conuocauit vndecunque, quotquot eruditionis opinionem & famam excitarant: qui dicto citius aduenere, virum admirantes, ratique tempus adesse quo sui specimen darent: aderant nonnulli ex illis, qui more puerorum in assentatione fiduciam habebant, sperantes ea via honores, gloriolam, aut pecuniæ lucrifacere. Itaque indicto publicè populari sacro vniuersi adfuerunt, & inter ceteros harum rerum scriptor. Iustus animum intendens, & stantes oculorum orbes in victimam defigens, vti temere sita iacebat, sciscitabatur à præsentibus, quid sibi vellet collapsæ victimæ positus. Hic assentatores miraculo rei (vt ita dicam) torrebantur quod etiam è figura positus hariolari sciret, huiusque cognitionis palmam illi soli deferebant. At grauiores extremis digitis barbam mulcentes,

καὶ τὰ πρόσωπα διασυγνάσαντες, ταῖς τεκμηρίαις βαρύ τι καὶ ἠρεμαῖον ἐπιόντες, παρεθεώρουν εἰς τὸ προκείμενον, ἄλλο ἄλλος λέγοντες. ὁ δὲ Ἰοῦστος ὡς μόλις τὸν γέλωτα ἀνῆκεν, ἐπιστρέψας εἰς τὸν Χρυσάνθιον, σὺ δέ τι φῄς ἐβόησεν ὦ πρεσβῦτα; καὶ ὁ Χρυσάνθιος οὐδὲν διαταραχθεὶς, πάντων ἔφησε καταγινώσκειν. ἀλλ' εἴ τι βούλει κἀμὲ ἔφη περὶ τούτων εἰπεῖν, τίς μὲν ὁ τρόπος τῆς μαντείας, εἴ γε τοῖς μαντικοῖς τρόποις ἐπίστασαι, εἰπὲ πρότερον καὶ τοῦ τινὸς εἴδους· τίς δὲ ἡ πεῦσις, καὶ κατὰ τίνα μέθοδον ἐπηρώτηται· καὶ εἰ ταῦτα λέγοις, εἴποιμ' ἂν ὅποι τὸ φαινόμενον εἰς τὸ μέλλον φέρει· πρὶν δὲ ταῦτα λέγειν, βάναυσον ὂν πρὸς τὴν σὴν ζήτησιν, σημαινόντων τὸ μέλλον τῶν θεῶν, ἐμὲ καὶ περὶ τῆς ἐρωτήσεως καὶ τοῦ μέλλοντος λέγειν, συνάπτοντα τῷ γεγονότι τὸ ἐσόμενον. δύο γὰρ οὕτως ἂν γίνεσθαι τὰς ἐρωτήσεις. περὶ δύο δὲ ἢ πλειόνων, οὐδεὶς ἐρωτᾷ κατὰ ταυτόν· τὸ γὰρ ἐν τοῖς ὡρισμένοις διάφορον, ἕνα λόγον οὐκ ἔχει. ἐνταῦθα Ἰοῦστος ἀνέκραγεν,

vultu ad seueritatem composito, capita grauiter aliquãtulum, sed sensim quassantes, propositam victimã intueri & contemplari alius aliud in medium proferentes. Iustus vbi risum vix repressit, ad Chrysanthium conuersus, Quid tu ad hæc senex ais? exclamat. Ille nihil turbatus animo, ait se omnia nihili facere, faciléque despuere: verum si & me vis, inquit, aliquid his de rebus in medium proferre, age, siquidẽ diuinandi modos cognitos tenes: dicito prior quod sit diuinationis genus, qui modus vnde nata interrogatio, aut qua methodo peracta sit & instituta. Ista si explicueris, dicã ad quem euentum res oculis obiecta tẽdat, siquidem illiberale sit & turpe, me priusquã tu ista pandas, ad tuã interrogationẽ respondere & de futuro euentu differere, cũ dij satis ostenderint signis editis, quid futurum sit, & cum eo quod accidit euentura connectere: ea nãq; ratione binæ, inquit, existunt interrogationes, cû de duobus aut plurib. nemo simul sciscitetur: in rebus. n. definitis cõtrouersiæ nõ vnã habent rationẽ. Hic Iust⁹ exclamauit

ὡς μανθάνων ὅσα μὴ πρότερον ἠπίστατο, καὶ τὸ λοιπόν γε, ὡς μανθάνων ὅσα μὴ πρότερον, οὐκ ἐπαύσατο συνὼν ἰδίᾳ, καὶ τῆς πηγῆς ἀρυόμενος. καὶ εἴ τινες ἕτεροι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους τὴν ἐπὶ σοφίᾳ περιεβόωντο, Χρυσανθίῳ κατὰ κλέος ἦλθον εἰς λόγους, πειραθέντες ὅτι πόρρω τῆς ἀρετῆς ἐκείνης εἰσίν, ἀπιόντες ᾤχοντο. τοῦτο [δὲ] καὶ Ἑλλησπόντιος ὁ ἐκ Γαλατίας ἔπαθεν, ἀνὴρ διὰ πάντα ἄριστος· καί, εἰ μὴ Χρυσάνθιος ἦν, πρῶτος ἁπάντων φανείς· σοφίας μὲν γὰρ ἐραστὴς οὕτως ὁ ἀνὴρ ἐς τοσόνδε ἐγένετο, ὥστε ἐπῆλθε μικροῦ καὶ τὴν ἀοίκητον μαστεύων, εἴπου τινὶ περιτύχοι πλέον εἰδότι· καλῶν δὲ ἔργων καὶ λόγων ἀνάπλεως γενόμενος, καὶ εἰς τὰς παλαιὰς Σάρδεις ἀφίκετο διὰ τὴν Χρυσανθίου συνουσίαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον. ἐγένετο δὲ Χρυσανθίῳ καὶ παῖς ἐπώνυμος τῷ κατὰ τὸ Πέργαμον οὕτω γενομένῳ διδασκάλῳ, μεμνήμεθα δὲ πρότερον Αἰδεσίου· καὶ ἦν ὁ παῖς [ἐκ παιδὸς] ἐπηρμένον τι χρῆμα πρὸς ἅπασαν ἀρετήν· καὶ τῶν ἵππων οὐκ εἶχε θατέρου ἢ

se didicisse quòd nunquam antea nouerat: neq; destitit ab eo tẽpore priuatim illum consulere, quo disceret & tanquã de fonte hauriret sibi prius ignorata. Ea tempestate nonnulli alij eruditionis fama celebres, cum Chrysanthio in colloquium venerũt, exciti splendore tanti nominis: sed vbi comperissent se longe abesse ab illa maiestate, subduxerunt se. Idem Hellespontio è Gallia oriundo accidit, viro per omnia egregio, & qui excepto Chrysanthio princeps omnium videri poterat. Etenim tanto hic vir sapientię amore tenebatur, vt propemodum inhabitatas orbis plagas accesserit, exquirendi studio, si quem forte doctiorem se reperire posset: quapropter & præclari facinoris & doctrinæ laude cumulatus, vetustam Lydiæ vrbem Sardeis petiit, vt Chrysanthij colloquio frueretur. Sed posterius id accidit. Natus fuit Chrysanthio filius præceptori suo, quem Pergami habuerat, Ædesio (cuius antea meminimus) cognominis, qui à puero ad omnem virtutem erectus, ac veluti pennis concitus ferebatur, neque alterum equorum (vt ait

φησὶν ὁ Πλάτων· οὐδὲ ἐβεβίθιστο κατὰ νοῦν αὐτός, ἀλλὰ πρός τε μαθήματα σφοδρὸς καὶ ἄγαν ὀξὺς γινόμενος, καὶ πρὸς θεῶν θεραπείαν διαρκήσας, ἐς τοσόνδε διέφυγε τὸ ἀνθρώπινον, ὥστε ἄνθρωπος ὢν ἐκινδύνευεν ὅλος εἶναι ψυχή. τὸ γοῦν σῶμα διὰ τῆς κινήσεως οὕτως αὐτῷ κοῦφον ἦν, ὥστε ἦν ἀπίθανον γράφειν, καὶ μάλα ποιητικῶς, εἰς ὅσον ὕψος ἐφέρετο μετάρσιος. ἡ δὲ πρὸς τὸ θεῖον οἰκειότης, οὕτως ἦν ἀπραγμάτευτος καὶ εὔκολος, ὥστε ἐξήρκει τὸν στέφανον ἐπιθεῖναι τῇ κεφαλῇ καὶ πρὸς τὸν ἥλιον ἀναβλέποντα, χρησμοὺς ἐκφέρειν, καὶ τούτους ἀψευδεῖς· καὶ πρὸς τὸ κάλλιστον εἶδος ἐνθέου πνεύματος γεγραμμένους. καί τοι γε οὔτε μέτρων ἐπίστατο, οὔτε εἰς γραμματικὴν ἐπιστήμην ἔρρωτο· ἀλλὰ θεὸς ἅπαντα ἦν αὐτῷ. νοσήσας δὲ οὐδαμῶς κατὰ τὸν ὡρισμένον βίον, ἀμφὶ τὰ εἴκοσιν ἔτη μετήλλαξεν. ὁ δὲ πατὴρ καὶ τότε διέδειξε φιλόσοφος ὤν. ἢ γὰρ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς εἰς ἀπάθειαν αὐτὸν μετέστησεν· ἢ τῷ παιδὶ συγχαίρων τῆς λήξεως, ἔμεινεν ἄτρεπτος. καὶ ἡ μήτηρ δὲ πρὸς τὸν ἄνδρα ὁρῶσα,

